

26

בְּחִלּוּם

DE

VATICINIIS PER
IGNORANTIAM,

ET

PROPHETIIS FORTUITIS,

Ad vindicandam Scripturæ sacræ au-
toritatem,

DISSERTATIO,

Quam

Sub PRÆSIDIO

DN. JOHANNIS GVILIELMI
BAJERI,

S.S. Theolog. D. Profess. Publ.

Publicæ ac placidæ τῶν Θεολογῶν ἐξεῖσδ

In Acroaterio Theologico

d. Mensis Octobris 1691. Oct. 1691

exponet

AUCTOR

GEORGIUS HEINRICUS à LETTOVV.

N. T. Pom.

J Æ N Æ,

Litteris GOLNERIANIS.

12



VATICANIS PER
IGNORANTIAM
PROPHETIS FORTUITA
AD VISIONEM
D. JOHANNIS GUILIELMI
BAJAE
S. S. Theolog. D. Prof. P. P.
In Accademia Theologica
ABOTOR
GEORGII HEINRICHI & LEITZOV.
M. T. Tom.





PROOEMIUM.

§. 1.

INter varia argumenta, quibus Scripturæ Veteris & Novi Testamenti, tanquam principii & normæ fidei atque morum, Divina Origo probari solet, jam olim non postremum invenit locum, quod à *Vaticiniis* in ea contentis, eorumque *veritate*, ipso *eventu* & *complemento* comprobata, petitum est. Atque ejus profectò vim jam olim plurimi Conversorum ad fidem Christianam, (non tam ex fœce plebis, quàm præstantium ingenio & doctrina virorum,) ita agnoverunt, ut, licet ipsius doctrinæ supernaturalem, ex concursu divino, virtutem, fidei divinæ, illi præbendæ, causam experirentur; simul tamen, tollendis præjudiciis fidem impedituris, argumentò eo se vel maximè convictos faterentur.

§. II. Ita *Justinus Martyr* in Dialogo cum Tryphone *a*: *Et quæ evenerunt, ait, & quæ eveniunt, adi-* *a p. m. 39.*
gunt assentiri eis, quæ ab illis sunt dicta. Post eum *β post me-*
Tatianus Orat. contra Græcos *β* hinc sibi inter alia *dium. Tom.*
contigisse Scripturis fidem adhibere, testatur, quod fu- *IV. Bibl.*
tura prædicarentur; Et Theophilus Antiochenus ad Au- *PP. p. 1260.*
tolycum γ scribit: *Et ego aliquando haud credebam re-* *D. E. edit.*
surrectionem futuram, sed nunc credo, postquam ista *III. Paris.*
expendi, simul etiam incidens in sacras scripturas san- *γ Lib. I.*
ctorum D. *Tom. I. Bibl.*
PP. p. 897.



etorum prophetarum, qui per spiritum Dei enunciarunt
 quæ facta fuerunt, quomodo sunt facta, & presentia
 quomodo fiunt; & ventura ita uti perficientur. Convi-
 ctus igitur ex iis, quæ eveniunt & prædicta fuerunt, non
 amplius hesito, sed credo, obtemperans Deo.

§. III. Solent autem inter plura, quæ in Scriptu-
 ris continentur, vaticinia, vel præcipuè referri, ex
 Veteri Testamento quidem vaticinia de oppressione
 gentis Israëliticæ Egyptiaca, de regno Judæ usque ad
 Messia adventum staturo, de Babylonica captivitate;
 de duratione ejus, de liberatione Judæorum ex ea,
 per Cyrum; de Messia, ejusque nativitatis tempore
 & loco, de doctrina, miraculis, passione & exaltatio-
 ne; de aggregatione gentium ad illum, deque aboli-
 tione Idololatriæ gentilis &c. In Novo Testamento,

α) de Maj.

scrip. S.

Arg. XIX.

T. I. Opp.

p. 61.

β) de prin-

cip. Theol.

c. I. Q. VII.

n. IV.

γ) Introd.

in Th. P. II.

c. I. sect. I. tius.

§. XII. p.

m. 364 seq.

δ) de ver.

Relig. Chr.

p. 98.

ε) Lib. XII.

de Civ. Dei

c. IX. ad.

f. X.

de subita & insigni religionis Christianæ futuræ pro-
 pagatione, de duratione ejus perpetua, de rejectione
 ejus à Judæis quam plurimis; receptione autem ab
 Ethnicis, de Judæorum adversus Christianos odio, &
 persecutionibus gravissimis, de obsidione ac destru-
 ctione urbis ac templi Hierosolymitani, & calamita-
 tibus populi extremis: qualia post veteres, ex nostris
 observarunt, B. Humnius α, Schröderus β, Musæus γ,
 Hennichius δ & plures. Ex aliis Morneus & Gro-
 tius.

§. IV. Ex Patribus autem S. Augustinus ε hoc
 ipsum maxime observandum existimavit, quod Scri-
 ptura fidem sibi tam amplam per orbem terrarum
 præbitum iri prædixit: Scriptura inquiens, fides mi-
 rabilem auctoritatem non immerito habet in orbe terra-
 rum, atque in omnibus gentibus, quas sibi esse creditu-
 ras, inter cætera, quæ dixit, verâ divinitate prædixit.

§. V. Ad



§. V. Ad eludendam autem Scripturæ auctori-
tatem, uti alia argumenta vellicare partim, partim im-
pugnare ausa est, sive humanarum mentium temeri-
tas, sive seductoris illius Spiritûs, patris mendacii, ver-
fuita: sic etiam *predictionum* illarum *certitudinem* ac
divinitatem in dubium vocatam, ac multis mortali-
um suspectam redditam, imò ludibrio expositam fu-
isse novimus. Quanquam hoc ipsum inter argumen-
ta bonæ causæ ac divinæ originis Scripturarum non
immeritò retulerint gravissimi, quidam scriptores,
quod illas *malis displicere* constaret; & qui eas de sua
dignitate dejicere ausi sunt, ipsi suos animi morbos,
vel inviti aut imprudentes proderent.

§. VI. Olim quidem seculo à Christi natalibus
tertio, *Porphyrus*, (quem aliàs *Malchum* appellatum,
novo isthoc nomine donaverat præceptor Longi-
nus) cum Pythagoricæ, Platoniceque Philosophiæ
studiis addictus, Christianam deinde doctrinam, do-
cente Origene Alexandrino, cognovisset; inflatus au-
tem opinione secularis scientiæ, sacram fastidire at-
que abnegare cœpisset; in accusationem hujus con-
versus, (ne Apostata non esset persecutor deserti or-
dinis) argumentum istud à veritate vaticiniorum
Scripturæ, claro eventu comprobatorum, petitum
non tam labefactare, quam unò velut impetu destru-
ere conatus est. Finxit enim, Danielis illam Pro-
phetiam, tam luculentam ac Deo auctore dignam,
post Antiochi Epiphaniis demùm tempora conscri-
ptam fuisse. Verùm illum quidem jam suo tempore
Methodius, Pataræ Episcopus & Martyr, refutavit; &
sequente seculo *Eusebius* α , *Apollinarius* β , *Hierony-
mus* γ , improbam hominis versutiam pudefece-
runt. 405.

α) *Lib. de
Prepar. E-
vang.*

β) *L. XXVI.*

γ) *Proem.*

*in I. Com-
ment. Da-
niel. T. IV.*

Opp. p. m.

A 3

runt. 405.



ruht. Ac notanda profectò sunt verba Hieronymi dicentis, *Impugnationem* Scripturæ Porphyrianam *testimonium veritatis esse*. Tanta enim ait dictorum fides fuit, ut propheta incredulis hominibus non videatur futura dixisse, sed narrasse præterita.

α) A. 1655.
Cambrig.
ed.

Porphyrio Lucas Holstenius α Tractatu peculiari de vita & scriptis illius collecta, exhibet, quæ videri possunt.

§. VII. Utinam autem cum Porphyrio omnes divinarum Scripturarum, præsertim vaticiniorum in illis contentorum, abnegatores atque illusores, occubissent! Dolendum enim est, non solum aliis seculis secutis, sed nostro hoc inprimis ac proximè præcedente, repertos esse, qui variis modis de dignitate divinarum prædictionum in Scripturis consignatarum detrudere ausi fuerunt: alii quidem apertius & velut *γυμνή κεφαλή*, nudo capite, quod Græci dicunt; alii se quodammodo involventes, & tanquam obliquâ via, assumtis variis hypothefibus, atq; excogitatis ratiocinationibus, non minora Christianæ religioni pericula struxerunt.

§. VIII. Inter quæ cum locum haud postremum haberet sententia de *prophetiis* scriptorum sacrorum *fortuitis*, aut *per ignorantiam* editis *vaticiniis*; ac mihi, Consanguineorum meorum suasu, Dissertationem quandam, publico examini subjiciendam conscribere propositum esset, visum est, non abs re fore, si in hac, quamvis difficili, gravi tamen, neque exigui usus, materia, vires ingenii periclitarer, ad vindicandam Scripturæ *θεοπνεύστου* auctoritatem, atque adeò Dei auctoris gloriam & Ecclesiæ, verbo illi Dei tanquam fundamento innitentis, emolumentum. Quod ut fiat, faxit ipse Deus, qui per os Prophetarum locutus est! Sanctificet ipse nos in veritate sua. Verbum ejus veritas est!

CAPUT

CAPUT PRIMUM.
*Evolutionem nominum & quæstio-
nes ventilandas continens.*

§. I.

DE *Vaticiniis per ignorantiam, deque Prophe-
tis fortuitis dicturi, quanquam in omnium
animis sint judicia, in omnium ore ser-
mones de vaticiniis, aut prophetiis, unde-
cunque occurrentibus; facile tamen deprehendimus
impositam nobis necessitatem explicandi voces; quæ
nisi ab ambiguitatibus liberentur, haud dubiè rerum
ipsarum tractationi obscuritatem afferre possunt. U-
timur autem h. l. vocibus duabus, *Prophetia & Vaticini-
ii*, tanquam Synonymis, utroque latino; etsi illam
origine Græcam esse, nemo nesciat. Satis enim est
civitate latinâ pridem fuisse donatam.*

§. II. *Prophetia* vocem ex $\pi\epsilon\gamma$ ante & $\Phi\eta\upsilon\iota$ di-
co, facta compositione, descendere, nulli dubitamus.
Quod autem aliqui a *proculfando* deduxisse leguntur, *a Vid. A-
ret. in pro-
blem.*
non puto Grammaticam originem seriò spectâsse. Ac
ne illis quidem assentiri possumus, qui non tam a verbo
 $\Phi\acute{\alpha}\nu\alpha\iota$, quàm $\Phi\omega\upsilon\epsilon\iota\nu$ derivare malunt, quasi interpreta-
tio oraculorum obscurorum ita significetur: quod
tamen ipsum non nisi obscure sonat. Illud certius
est, quod vox $\pi\epsilon\gamma\Phi\eta\upsilon\epsilon\iota\alpha\varsigma$ ne in Græca lingua, si usum
loquendi spectemus, perpetuam atque unicam futu-
ra prædicendi significationem obtineat: quippe quòd
ipsius Scripturæ stylo denotet cognitionem & mani-
festationem rerum quarumvis, non per lumen natu-
ræ, sed præter-aut supernaturaliter factam. Attamen
hoc

hoc loco, & pro ratione præsentis instituti, non tam Prophetiam in sua latitudine, quam habito respectu ad Speciale objectum, quod sunt res futuræ, considerabimus: nisi quando plenioris intelligentiæ causâ nonnunquam alterius laxioris significationis mentionem faciendi occasio occurret.

§. III. *Vaticinii* vocem à *vate* descendere planum est. *Vatem* autem à Græco $\Phi\acute{\alpha}\lambda\eta\varsigma$ appellatum,

a) de orig. Lat. Ling. p. 294. vulgò putant: *Becmannus* a tamen $\kappa\alpha\tau' \acute{\alpha}\nu\lambda\iota\sigma\omicron\rho\iota\chi\omicron\nu$ à *fari*, quod etiam sit $\pi\epsilon\gamma\Phi\eta\lambda\epsilon\upsilon\epsilon\nu$: quamvis nomini illi respondere Græcum $\Phi\acute{\alpha}\lambda\eta\varsigma$ & Hebræum נבִי , agnoscat.

β) In Conjectur. Addit simul *Josephi Scaligeri* β verba: *Fatuos* primùm *vates* vocatos esse, apud omnes constat. Nimirum & $\mu\acute{\alpha}\nu\lambda\iota\varsigma$ apud Græcos $\delta\acute{\alpha}\nu\tau\omicron\tau\omicron\varsigma \mu\acute{\alpha}\nu\epsilon\delta\omicron\iota$ descendens, *vatem* denotat, quòd *vates* furore correpti futura prædicere Gentibus viderentur. *Vaticinium* autem quasi *vatis* cantum significare (uti *Gallicinium*, galli cantus est; & *fidicines*, *tibicines*, *tubicines*, à canendo *fidibus*, *tibiâ*, *tubâ*, nomen habent,) non abs re putatur. Nam

γ) ad Æternalem Ep. XXVI. *δ) Cōf. Cla. sen. de Orac. L. I. C. X. p. 64.* & oracula aut responsa illa, quæ prophetica habebantur, apud Græcos Latinosque plerumque versibus concepta dari consuevisse novimus. Quò spectat

ε) II. Æn. v. 124. *Claudiani* γ illud:

ζ) in vita Attici c. XVI. n. 4. *Quicquid Castalio de gurgite Phæbus anhelat,*
Quicquid fatidico mugit cortina recessu,
Carmina sunt. δ

η) Lib. I. c. VII. n. 5. Et factum est, ut *cantare* aliquando idem esset, ac *futura prædicere*, apud *Virgilium* ε, *Cornelium Nepo-*

θ) Ann. II. tem ζ, Livium η, Tacitum θ, Curtium ι, ipsumque Ci-

c. LIV. n. 5. ceronem κ, Denique respondet Græca vox $\chi\epsilon\sigma\mu\omega\delta\iota\alpha$,

ι) L. III. C. III. n. 9. quasi $\chi\epsilon\sigma\mu\omega\delta\eta$, *Oraculi cantus*, aut *oraculum canendo editum*: uti $\chi\epsilon\sigma\mu\omega\delta\omicron\varsigma$ est *oraculi cantor*. *Quibus*

κ) Orat. III. in Catil.



bus tamen non obstantibus, fatendum est, si ad usum loquendi attendamus, latiore esse vocum in lingua utraque significationem; atque oracula & prædictiones absque metro aut cantu, quoquò modò proferri consuevissent. Nobis etiam h. l. cantus aut metri ratio habenda non est, sed prædictiones illæ, sive Prophe- tiæ sive vaticinia appellentur, quatenus prædictiones sunt, considerandæ veniunt.

§. IV. De *Divinationis* vocabulo, quod cum Pro- phetiæ aut vaticinii vocibus haud rarò permutatur aut eis substituitur, paucis monemus, originem quidem apertè trahere, proximam à nomine *Divinus*; re- motam ab ipsa voce *Deus*; & quemadmodum divi- nus dicitur, qui est ex Deo, aut ad Deum pertinens, ita *divinare* idem esse ac divinum quiddam præstare; speciatim verò & juxta usum loquendi, (quò conjungi solet cum vocabulo objecti, v. g. *divinare futura*,) signifi- care actum cognoscendi & significandi futura, per divi- nam virtutem, opem, aut manifestationem: quâ ratione etiam *Cicero* docet, *rem magnificam & salutarem* hõc nomine denotari, *quæque proximè ad Deorum vitam na- turæ mortali possit accedere*: (quanquam *Lambinus* le- gendum putat; *quæque proximè ad deorum vitam na- tura mortalis possit accedere*) monet etiam, hoc argu- mento constare, quòd Latini *multa melius habeant*, quàm *Græci*, qui *μαντικὴν* suam à furore deducant, uti *Plato* interpretetur; illi verò *præstantissimæ rei nomen à divi* petitum imposuerint.

§. V. Unde simul, quamvis obiter, observari potest, quid de divisione *Divinationum* à *C. Pecu- cero* & tradita, judicandum sit; quâ *quatuor prima ge- nera* constituuntur; *μαντικὴ πνευματικὴ*, quæ est à *Spiri- tu S. Gen. p. 9.*

a) de Divi-
nat. L. I. §.
I. p. m. 349.

β) de Pra-
cip. Divin.
tu S. Gen. p. 9.

tu *Διαβολική*, quæ est à Spiritu malo, *diabolica*; *Φυσική*
naturalis, & *τεχνική* *artificialis*. Si enim veterem il-
lum usum loquendi in ipsa *ἔτυμολογία* fundatum sequa-
mur, non nisi primum relinquetur genus, cæteris ab
hac appellatione exclusis. Nimirum, quod à *Diabolo*
aut malo Spiritu est, divinum neququam dici mere-
tur, neque adeò nisi falsò divinationis nomen sustine-
bit, quantumvis prædictioni eventus fortasse respon-
derit. *Naturalis* autem & *Artificiosa* *μαντική*, quas

α) pag. 17. *Peuceus* ipse conjungit, & α describit, quòd *sumantur*
à causis signisque in natura ordinatis divinitus, quæ *si-*
gna sunt aut cause aut effectus, aut proprietates, quæ or-
dine natura consequuntur causas aut effectus; licet hoc
sensu divinationis appellationem sustinere posse vide-
antur, quod partim naturalis illa vis aut perfectio, par-
tim etiam ars quælibet ejusq; usus & actus, ad auctorem
naturæ, Deum, originem suam referunt: attamen nisi,
quicquid ad naturam pertinet, Divinum dicamus, (quod
vix feret usq; loquendi, qui quod divinum est, supra natu-
ram collocat,) nescio an illa quoq; velut *θεϊόν τι* *divinum*
quiddam, atque ita *divinatio* propriè loquendo dici que-
at. Certè aliud est, ingenii bonitate, vi ac solertiâ aut
sagacitate naturali, vel etiam observatis certis regulis
atque exercitio accurato & diuturno intercedente, de
rebus futuris conjicere: quorum utrumque vix aliter,
quàm mediante discursu fit, ubi ex signis probabilibus,
causisve quibusdam secuturi eventus colliguntur; aliud
est, quod divinationis vox propriè accepta importat.

β) L. II. de
Divin. S.
14 p. m.
302.
Nam & *Cicero* pridem β monuit, ea quæ *presentiri aut*
arte, aut ratione aut usu aut conjecturâ possunt, non divi-
nis tribuenda esse sed peritis: illa autem *fortuita divina-*
ri posse, quæ nullâ nec arte nec Sapientiâ provideri possunt.

Patet



Patet itaque, relinqui nobis solam *πνευμαλικήν* aut *Spiritualem* prævisionem futurorum, Divinationis nomine juxta veteres appellandam: nisi fortè quis dixerit, dari prævisiones futurorū, ex insigni quadam & velut singulari aut extraordinaria naturæ bonitate, aut dono, quod ab aliis non quidem specie, gradu tamen differat, atque auctori Deo adscribendum sit, proficiscentes: de quò in sequenti atque ad rem ipsam spectante Tractatione videbimus.

§. VI. Interim nec dissimulare possumus, stylo Ecclesiastico aliquando *divinationes prophetiis* opponi, & in malam accipi partem: quemadmodum Hieronymus in Pseudo-prophetas sermonem stringens: *a Sermo eorum, ait, non prophetia, sed divinatio est falsa: & paulò post: Cumque divini magis, quàm propheta fuerint comprobati, ridebuntur &c.*

a) Com. in
Mich. cap.
III T. IV.
Opp. p. m.
153. F.
β) Ibid. H.

§. VII. Cæterum ipsa nomina *Prophetia* & *Vaticinii*, quemadmodum ex hæcenus dictis constat, per modum actuum secundorum, quos Metaphysici vocant, significant; ac primùm quidem actum cognoscendi futura; deinde actum dicendi, aut quod cognitum est manifestandi aliis, intra se complectuntur. De quibus an uterque? an alteruter? & quis tandem, prior? an posterior? in casu recto, vel obliquo significetur? disputari potest ac solet. Nostrâ autem id parum, hoc quidem loco, referet: qui propterea Lectoris arbitrio relictum malumus.

§. VIII. Quod autem etiam inter *donum gratiæ* sive *χαρίσματα*, referatur donum *Prophetiæ* aut *vaticinandi*; non eo sensu intelligimus, quasi Deus habitum aliquem artis aut scientiæ prophetandi infundat hominibus illis, qui Prophetæ appellantur: quò illi deinceps liberè ad

a) II. Ep. I. v. 21. actus secundos prophetandi aut vaticinandi, quoties tu-
lerit occasio, utantur. Novimus enim, S. Petro a te-
stante, Prophetas locutos fuisse $\Phi\epsilon\rho\rho\mu\acute{\epsilon}\nu\eta\varsigma \ \upsilon\pi\acute{o}\ \pi\nu\epsilon\upsilon\mu\alpha-$
 $\text{\&}\ \acute{\alpha}\gamma\iota\omicron\varsigma$, ita ut non tam ipsi agerent, quam *agerentur*
à Spiritu S. ideoque semper novâ revelatione & im-
pulsu opus habuisse, quoties actum prophetandi ex-
ercere vellent: quamvis non negemus, in his, quos
Deus ad munus prophetandi selegit, & illuminationi-
bus suis dignari cœpit, aptitudinem quandam majo-
rem, quàm in aliis, oriri, ac velut dispositionem quan-
dam relinqui ad recipiendas novas revelationes. De
quo tamen, quia postea differendi amplior occa-
sio erit, hîc non dicemus plura: tantùm monen-
tes, non tam de dono prophetiæ, velut habituali,
quàm de actibus prophetandi, eorumque natura & qui-
busdam differentiis nobis agendum fore.

§. IX. Quia verò verborum illorum, quibus
Scriptura $\theta\epsilon\acute{o}\pi\nu\epsilon\upsilon\varsigma$ & in utraque lingua, Græca & E-
bræa utitur, ratio cum primis habenda erit, ut ad rem
nostram dicta illa dextrè applicentur; de illis quoque
pauca notabimus. $\mu\alpha\nu\tau\epsilon\iota\alpha\varsigma$ quidem vox substantiva,
quæ *Peucero* de Divinationibus, tanquam generalis pla-
cet, in Scripturis N. T. non legitur. Ex verbo autem
 $\mu\alpha\nu\tau\epsilon\upsilon\omicron\mu\alpha\iota$, deductum participium semel extat in A-
ctis β , ubi ancilla quæstum magnum præbuisse narra-
tur dominis suis, $\mu\alpha\nu\tau\epsilon\upsilon\omicron\mu\acute{\epsilon}\nu\eta$, *vaticinans*. Ubi facilè
apparet, in malam partem accipi, de impia & fallaci
vaticinatione, ejus nimirum puellæ, quæ $\pi\nu\epsilon\upsilon\mu\alpha \ \pi\acute{\upsilon}-$
 $\theta\omega\nu\omicron\varsigma$ *Spiritum Pythonis* habebat, mox expulsam per
nomen Jesu Christi à Paulo. Aliàs equidem in ver-
sione Græca V. T. & $\mu\acute{\alpha}\nu\tau\iota\varsigma$ & $\mu\alpha\nu\tau\epsilon\iota\alpha$ & $\mu\alpha\nu\tau\epsilon\iota\omicron\nu$ & $\mu\alpha\nu-$
 $\tau\epsilon\upsilon\omicron\mu\alpha\iota$ sæpè occurrunt; sed plerumque etiam in malam
par-

β) c. XVI.
16.



partem. Unde non erit, cur his multum inhæreamus : præsertim, quòd cum appellationis ratio à *furore* petita sit (*μάνις* enim est à *μαίνουμαι*, & *μανία* quasi *μανία*) nobis autem *ἐκστασι* pariter divinam, & somnia, & *θεοπνευσίαν*, à furoribus distinguere necesse erit. De furore autem vatum & poëtarum videri possunt, quæ habent *Peuceus* α, *Barthius* Animadv. ad L. I. de raptu Proserpinæ β, & ex hoc aliisque *G. Crauserus* in Phosphoro. γ

α) l. 1. p. 221.

β) p. 390.

γ) p. 562. p.

570. 571.

δ) S. 1.

§. X. De *πρὸς Φησίας* voce ex his, quæ suprâ δ, cum latinitate donatam considerarem, dicta sunt, non pauca constare putamus : objectum præcipuè, quòd quidem sint res non tantum futuræ, verum etiam præteritæ ac præsentis, vel omninò abstrusæ & incognitæ, vel certè peculiariter manifestandæ : nobis tamen circa primam objectorum classem ferè subsistendum esse. Nunc autem id addimus, quòd *πρὸς Φησία* propriè sic dicta, stylo Scripturæ, in bonam partem accipiatur, Deoque præter & supra naturæ cursum operanti, tanquam Auctori, adscribatur : juxta dictum Petri antè citatum ; quòd *πρὸς Φησίαν* dicit non esse *allatam voluntate hominum ; sed sanctos illos Dei homines locutos fuisse actos, φεεγμένους, à Spiritu S.* Unde si quando impostor aliquis *πρὸς Φησίας*, aut sermo sive scriptum ejus *πρὸς Φησία* appellatur, id vel ironicè, vel *μυνηλικῶς* dictum putari debet. Quâ ratione etiam intelligi potest, quòd Paulus Epimenidem (is enim omninò est, non Callimachus) Cretensium *Prophetam* citat. Non, inquam, *Prophetam* simpliciter ; sed *illorum proprium Prophetam* nominat : scilicet ab ipsis pro *Propheta* habitum. Conf. *Erasmus Schmidium* ζ. Aliàs enim *ψευδο-πρὸς Φησίας* appellant Christus η & Apostoli, Petrus θ

ε) ad Tit.

I. 13.

ζ) in Not.

pag. 1283.

η) Matth.

VII. 15.

XXIV. II.

24.

Marc.

XIII. 22.

Luc. VI, 26

θ) II. Ep.

& II, 1.

α) I. Epist. & Johannes α, nec non Lucas Evangelista β; ubi de illis, IV. 1. qui à vero Deo illuminati non sunt, & tamen arcana, Ap. XVI. præsertim futura revelare audent, loquuntur.

13. §. XI. Sed nec est de nihilo, quod Ven. Dn. D. XIX. 20. Seb. Schmidt γ monet; Quando de Prophetis disputan- XX. 10. dum est, voces præcipuè Hebraas spectandas esse: postea β) Act. XIII. 6. in utroque Testamento rem significatam juxta circum- γ) Com. instantias textus expendendas esse. Atqui in Ebraica L. I. Sam. litteratura librisque sacris duo præcipuè vocabu- cap. X. Q. la occurrunt: quorum prius, נְבוּיָהּ vulgò ver- VIII. P. titur prophetia, sicut נְבִיא prophetæ: de etymologia 303. 304. autem disquiritur, quam alii à בוא venire deducunt; quod Propheta circa ventura versetur, & quod præ- dictione suâ ea, quæ nondum erant, quasi venire faciat,

δ) Proæm, ac verbum ipsum נבא idem denotet, ac, venire facit, in Proph. prædixit. Ita Cornelius à Lapide δ, quem tamen B. Hül- Maj. fol. 6. semannus ε refutavit, ostendens in verbis actum pro- ε) Com. in phetandi significantibus nusquam legi interjectum Vau Jer. proleg. vel Jod, ex verbo בוא, neque נ in נבא esse servile, sed pag. 8. radicale. Alii à נוב, quod aliquando significat locu- tum esse; quod R. S. Jarchi placuit; displicuit autem socio, Aben Esra, ostendenti נ esse radicale. Itaque ipsum verbum נבא radicale erit; nomen נבא à verbo

ζ) I. Sam. X, II. derivatum: quod & B. Hülfemann videtur: quanquam Ezech. usitatus in Piel occurrat ζ נבא & significet actum XXXVIII, prophetandi. Hoc certum est, nomen נבא ex usu 7. Scripturæ eum denotare, cui supernaturaliter aliquid

η) Disp. de revelatur, & per synecdochen speciei eum, qui videt futu- Divis. S. ra: quemadmodum diversis Rabbiorum sententiis Script. in expositis, confirmat B. Job. Frischmuthus η. Verbum au- Leg. Prop. tem נבא non tantum significare futura prædicere; sed & Hag. c. & interpretari, orare, cantare aut psallere, & in ge- II. §. 5. 6. 7. nere,

ner, prophetarum more se gerere, assentimur *Hülse-*
manno l. c. ita tamen, ut in his omnibus locum habeat
relatio ad Deum inspirantem, & excitantem; cum alii
psallentes, licet hymnos Sacros aut Propheticos ca-
nerent, non tamen ideò נְבִיאִים aut hymnus eorum
נְבוּאָה appellari consueverint: observante Dn. D.
Schmidt. α

α) l. c.

§. XII. Vox altera, רָאוּ עֵינָי ex origine sua *visionem*
denotat: unde רָאוּ עֵינָי *videns*, Prophetæ Synonymum
habetur, habitâ ratione contemplationis, in genere
quidem rerum occultarum; speciatim futurarum præ-
fensionem aut prævisionem β: *Non quod visio certa qua-*
dam prophetia sit, quæ oculorum sensibus percipitur, ut ex
Thom. II. II. e. q. 174. Art. 3. Lorinus in Act. 2. fol. 83. docet,
sed quod phrasi Scripturæ vulgatæ, visio, pro quovis cogno-
scendi modo usurpetur; si Augustinum, Sanctium, & ex istis
B. Hülfemannum γ audiamus. Conf. Edoard. Leigh in
Crit. S. δ Dn. D. Schmidt autem, Kimchium secutus, existi-
mat, רָאוּ עֵינָי & נְבִיאִים distingui juxta duos revelationum
modos: quorum alter quidem sit, quando Propheta
dabatur visio, in qua vel ipse Deus apparuit, vel futura
occultæ veres ostendebantur, & in imaginibus represen-
tabantur, cujusmodi sit visio Jesaia Cap. VI. Ezechielis
Cap. I. Alter, quo Deus verbum suum sine visionibus & i-
maginibus cordi & ori Prophetarum indidit, & per eos in
Spiritu suo Sancto locutus est. Itaque cum Prophetis fre-
quentarentur visiones, dictos vulgò fuisse videntes; cum
variores ederentur Prophetica visiones, & verba sua Deus
per Prophetas eloqueretur, appellatos frequentius fuisse
Nebim, q. d. Elocutores, h. e. viri, qui verba Dei eloquerentur
sibi inspirata & revelata. Quæ quidem posterior
sententia haud dubiè respicit ad doctrinam de diversis
modis

β) vid.
Füller. Mi-
scell. S. L.
I. cap. 16.

γ) loc. cit.

δ) voc.
רָאוּ עֵינָי

modis revelationum vulgò notos, qui sunt præter *Allo-*
quium, Prophetia, & Spiritus S. (Nam quòd *Urim & Tum-*
mim itemque *Batkol* etiam celebrantur, ad præsens non
spectat) ex quibus *Prophetia, somnium & visionem* ecsta-
tiam complectitur: illis autem, qui נביאים aut Prophe-
tæ dicebantur, non tantùm somnia & visiones ecstati-
cæ, aliquando etiam apparitiones externæ Speciei sen-
sibilis; sed & interna ad intellectum immediate tendens
illuminatio divina obtingebat, quâ etiam nixi, & excita-
ti à Spiritu Sancto, locuti fuerint ac scripserint ea ipsa,
quæ inspirata habebant. Atque hoc quidem rectissi-
mè. De differentia autem sententiarum, circa significa-
tionem verbi חזון, aut participii חזונו an præcisè visio-
nem, ocularem aut imaginariam, inspirationi contra-
distinctam? an generalius, cognitionem quamlibet in-
signem aut sublimem denotet, cum Prophetis tribui-
tur? aliorum iudicia audire malim, quàm ferre pro-
prium.

§. XIII. De voce קסם quæ pro Synonymo Vo-
cum נבואה & חזון à quibusdam habetur, non est, cur
multa dicamus. Vulgò eam *Divinationem* vertunt; a-
liquando tamen *pretium pro divinatione* denotari agno-
scunt. Sed de Sanctis Dei hominibus, actus cogno-
scendi aut manifestandi, quæ divinitus sunt revelata,
non legimus enunciatum in Scripturis. Et quamvis
non tantùm in malam, verùm etiam in bonam partem
interdum accipiatur; (quod contra *Hieronimum* osten-

a) ad I. dit *Drusus* a, & ex nostris apertè monstravit *B. Geierus* β)
Sam. VI. 2. tamen ubi in bonam partem valet, sagacitatem potiùs
β) *Com. in* & prudentiam, quâ qui rerum causas observat, prædi-
Prov. c. cere potest, qualem effectum res sit habitura; quàm do-
XVI. v. 10. num aut actum muneris sancti & prophetici, significat.
p. m. 817.

Atque



Atque hæc de vocibus, *Vaticinium & Prophetia*, paucis
notasse sufficiat.

§. XIV. Proprius ad negotium nostrum accessuri,
voces adjectas explicabimus; postquam *Vaticinium* non
quodlibet, in tanta specierum varietate, sed quod dici-
tur *per ignorantiam*; & *Prophetiam* non quamlibet, sed
fortuitam, exhibituros nos esse diximus. Etsi vero vox
ipsa ignorantiae satis plana sit: quando tamen nomini
vaticinii jungitur, ambiguitatis aliquid habet, pro di-
versitate temporis, objecti & causae efficientis principa-
lis. *Vel* enim refertur ad actum ipsum vatis aut pro-
phetæ, qui ignoret se loqui aut locutum; *vel* ad sensum
verborum, ut quamvis sciat se loqui, aut locutum, ne-
sciat tamen, quid verba significant, aut rem ipsam ver-
bis significatam: *vel* denique refertur ad Deum, ejusque
influxum aut operationem peculiarem, quam ignoret,
qui vaticinium aut prophetiam protulit. Differre hæc
inter se, nemo non videt: ideòque cavendum est, ne
quæstiones distinctæ confundantur; neve in ipsa do-
ctrina ignoremus, quod nos scire putamus. Itaque ad
singula illa posthac attendendum erit. Similiter *for-
tuitum* quidem vulgò dicitur, quod casu accidit: (fors
enim, unde fortè & fortuitum, casus est:) casu au-
tem fieri dicitur, quod fit præter opinionem atque ex-
pectationem, aut sine consilio. Unde hæc ratione *ver-
bum* homini *fortuito excidere* dixit *Cicero*: qui etiam, ubi
de Officiis agit, *excitandam esse dicit animadversionem
& diligentiam, ut ne quid temerè ac fortuitu, inconsidera-
tè negligenterque agamus.* *Cesar* etiam hæc duo con-
jungit, *fortuitu* (quod idem est ac *fortuito*) & *sine consi-
lio*. Recentiores actum aut effectum fortuitum descri-
bunt, quòd sit *effectus per accidens*, qui evenit præter

a) L. 1. §.
103. T. IV.
opp. f. 482.
G.

C

notiti-



notitiam ejus, cujus respectu dicitur fortuitus. Ita Prophetia fortuita erit, cum quid scripto aut voce viva enunciatur, quo futurum aliquid præsignificatur, sed præter intentionem loquentis aut scribentis, quod reverà idem erit, ac verba in se spectata ejusmodi sensum, quò quid futurum animo concipiatur, admittere; eum autem, cujus illa verba sunt, sensum hunc non attendisse. Ubi tamen porrò attendendum est, quod Prophetiæ aut dicta, quæ fortuita dicuntur, referri possint *vel ad hominem verba facientem, vel ad Spiritum Deumvè ipsum, qui per hominem loquitur.* Ac plurimum refert, utrum respectu hominis tantum? an etiam respectu Dei fortuitam dicas prophetiam?

§. XV. Quibus præmissis, jam denique nascuntur nobis quæstiones distinctæ de vaticiniis per ignorantiam, aut Prophetiis fortuitis; ad vindicandam Sacrarum Scripturarum auctoritatem spectantes:

I. *Utrum in Scriptura S. dentur dicta ejusmodi, quæ vi verborum & quatenus in Scripturis ipsis citantur aut describuntur, futurum aliquid significant; attamen, etiam ad Deum ipsum relata, præter intentionem ejus, hoc ipsum significarint?*

II. *An dentur in Scripturis S. dicta, ex vi verborum & Scripturæ ipsius assertione, res futuras significantia, quæ tamen ab hominibus illis, à quibus profecta memorantur, ita sint enunciata, ut se hæc verba enunciare nescirent?*

III. *Utrum talia dicta, quæ vi verborum, & prout in Scripturis ipsis citantur aut describuntur, futurum, quiddam significant, ab hominibus illis, à quibus profecta memorantur, sic prolata sint, ut hunc sensum verborum non cognoverint, qui verba enunciarant?*

IV. *Anne, positò, quòd homines illi, & se verba illa pro-*

proferre aut protulisse; & verba à se proferenda aut prolata hunc sensum habere, cognoverint, iidem etiam hæc sibi divinitus inspirata esse, certò & fide Divinâ, absque formidine oppositi, cognoverint?

Certè in singulis his quatuor quæstionibus partes dissentientes occurrunt: in singularum etiam decisione aut dijudicatione attendendum est ad auctoritatem Scripturæ factam tectam servandam, & quantum interfit Ecclesiæ Christianæ, ut vera sententia teneatur. De his itaque jam porrò, θεῶν συνεργῆσις, dispiciemus: imò, pro re nata, etiam ad specialiores quæstiones descendemus. Ubique autem pro ratione temporis & instituti, brevitati studebimus.

CAPUT SECUNDUM.

quò

Quæstio prima expenditur.

§. I.

Prophetias, quæ in Scripturis continentur, respectu Dei esse fortuitas, aut ignorante Deo seu præter intentionem ejus prolatas fuisse, atq; ita significare futura, quæ significant; mirum esse poterat, cuiquam hominum venisse in mentem. Profectò enim, agnitâ Dei existentia, summâque perfectione, & Scripturarum divinâ origine, necessariò etiam admittendum est; quicquid prædictionum de rebus futuris continetur in Scriptura θεοπροβῆσις, id scriptum esse ex intentione Dei, etiam quatenus est prædictio rei futuræ.

§. II. Attamen hîc ex adverso sese offerunt, qui providentiam Divinam negant, Deumque velut in o-

C 2

tio

tio quodam ac rerum humanarum contentu locant, five nomine & sectâ Epicurèi, five in eundem errorem quoquò modo illapsi. Sic enim, cum alia omnia, quæ inter homines fiunt, divinæ curæ subducant; eâdem operâ etiam prophetias sacras à divino consilio profectas inficiantur. Missis Gentilibus, *Democrito* Epicuri magistro, & hoc illius discipulo, *Lucretio* item & *Vellejo* Epicureò apud Ciceronem, ac *Plinio*: quorum

a) *Gerb. dicta* Nostrates *a* passim annotârunt; unum ex recentioribus memorabimus, maledictum illum Tractatûs Theologico-Politici auctorem, quem hodiè non amplius dubium est, esse *Benedictum Spinozam*, Judæum, *de Provid. ἀποσυναγωγόν*. Is, inquam, qui gloriatur β, *facile se de-terminare potuisse, Prophetarum auctoritatem in iis tantum pondus habere, quæ usum vitæ, & veram virtutem spectant, ceterum eorum opiniones (cum futura prænunciant, aut mysteria qualibet revelant) nos parum tangere; facile etiam prodit, se ipsam Dei providentiam negare, quippe nomine providentiæ nihil aliud intelligens, quàm fixum illum & immutabilem naturæ ordinem γ.* Ridet etiam illos, qui Deo tribuunt potentiam numero distinctam à potentia rerum naturalium certò modo determinata: nimirum ut etiam miracula vera è mundo, & fidem ex animis hominum tollat. Nam & fidem jam nihil aliud esse dicit, quàm credulitatem & præjudicia, quæ homines ex rationalibus brutos reddant, &c.

§. III. Verùm hunc quidem errorem impræsentiarum sub examen justum vocare, ac pleno discursu refellere non licet. Laudamus autem eorum operam, qui, cum isti à negatione providentiæ, ad negationem divinorum vaticiniorum tenderent; ipsi ex adverso, con-

consideratâ sollicitiùs prophetiarum, quæ in Scripturis
 extant, ratione genuinâ, ostenderunt, non posse illas
 nisi à mente divina, rerum humanarum curam geren-
 te, & consilio sapientissimo fuisse profectas : Sic effe-
 ctum arguere suam causam. Sanè enim futura con-
 tingentia, quæ post aliquot secula ex Dei aut hominum
 voluntate libera eventura sunt, & quorum nullæ hacten-
 us extant circumstantiæ, ex quibus vel levi conjecturâ
 quicquam de iis præsumi possit, verbis claris & perspi-
 cuis ita prædicere certò & infallibiliter, ut prædictiones
 postea statutis temporibus ipso eventu sint comproba-
 tæ; neque hominis est, nec demonis sibi relictæ, sed e-
 jus, qui infinitâ pollet scientiâ, & præterita simul ac fu-
 tura, non minus quàm præsentia, semper in conspectu
 habet : id est unius ac solius Dei, quò suggerente ac re-
 velante, atque adeò sciente & volente, tales prophetiæ
 edantur, sive voce quadam sonorâ enuncientur, sive
 scripto consignatæ exhibeantur. Confer B. *Job. Mu-*
seum Introd. in Theol. a Prolixius autem hoc argumen-
 tum excoluit *Petrus Daniel Huetius* in *Demonstratione*
sua Evangelica; idque ita vocat *apodicticum*, ut isthanc
 suam *demonstrationem non minus certam, quam demon-*
strationem quantumvis Geometricam esse asserat. Quem
 quidem in processu demonstrativo & asserenda certitu-
 dine argumentorum, inconstantia cujusdam accusari
 novimus; argumentum autem præsens, licet non pro
 motivo aut causativo fidei Divinæ; attamen pro huma-
 næ fidei motivo gravi ac insignis momenti, haberi de-
 bere, certi sumus. Nec negligendum est, quod *Phil.*
Morneus de verit. Relig. Christ. β scripsit : *Prophetiam* β) c. XXV.
seu veram divinationem totis Scripturis spargi, idem esse p. m. 427.
ac Spiritum Dei per omnes Bibliorum ceu artus diffundi.

a) P. II. C.
 V. Sect. I.
 S. XVIII.
 p. 364. seq.

β) c. XXV.
 p. m. 427.

Horum videlicet non esse vaticinia, ut Sibyllarum folia, variè dissoluta, sed in unum scopum directa & destinata, quamvis diversis temporibus, diversis in locis, à diversis personis pronunciata.

§. IV. Istos autem, qui Deo non advertente, prophetias pariter & earum complementa fortuito contingere statuunt, certum est, ex Deo non Deum facere. Sanè

a) I. M.
Mor. cap.
VIII. p. m.
23. B.

jam olim Aristoteles α: ἡ πλεῖς ἡ νόσος καὶ λόγος, ἐν ἁυτῶν ἐλαχίστη ἰσχύϊ. Ubi mens plurima, ibi minimum fortune. Deus autem totus mens est, ejusque scientia infinita. Nihil ergo fortuitum, respectu illius. Spinozam profectò mox observârunt Viri doctissimi confundere

β) Regn. à Deum cum creatura, Spiritum cum corpore β. Sic autem, qui dicitur Deus, non est Deus.

advers. An.

§. V. Imò juxta illum neque Prophetia est Prophetia. Fingit enim, Prophetas Spiritum Dei habere dici, quia homines causas Prophetice cognitionis ignorabant, eandemque admirabantur, & propterea, ut reliqua

Tb. Pol. C.
I. p. 4. C.
XI. p. 154.

Fr. Cuperi

portenta, ipsam ad Deum referre, Deique cognitionem vocare consuevisse: se autem sine scrupulo affirmare, Prophetas non nisi ope imaginationis, Dei revelata percepisse; & quibus autem natura legibus id factum fuerit, se ignorare γ: Prophetiam à sola imaginatione pependisse δ.

Arcena

Arbeitsmi.

Pref.

Tract. II. re γ:

γ) Cap. I.

p. 13. 14.

δ) Cap. II.

pag. 16.

phetias sive representationes pro opinionibus Prophetarum, quas amplexi fuerint, variasse: Prophetas habuisse etiam contrarias opiniones & varia præjudicia circa res merè speculativas; Prophetiam nunquam Prophetas doctiores reddidisse, sed eos in suis præconceptis opinionibus reliquisse, ac propterea nos iis circa res merè speculativas

ε) Ibid. p.

21.

minimè teneri credere ε. Juxta quam sententiam Prophetia non est revelatio, à Deo, tanquam causa libera, proficiscens, & ad intellectum Prophetarum (sive median-



diante, sive non mediante phantasia) terminata, unde illi, quod mente, cognoverant, aliis eloquerentur, aut scripto manifestarent: sed est *μανθάνειν φουσιάν*, qualem à Peucero nominatam supra meminimus; imò ne hæc quidem in sua *ἐπιείκεια*, sed res meræ imaginationis in phantasia, varians pro dispositione temperamentum corporis, imaginationis, & pro ratione opinionum, quas illi antea amplexi fuerunt, fallibilis, & non raro falsa.

§. VII. Equidem Prophetiam peragi consuevisse phantasmatibus, sive imaginibus rerum manifestandarum vel etiam verborum cujusdam sive Angeli sive alterius loquentis, phantasiae vel dormientium in somno, vel vigilantium in ecstasi objectis, libenter concedimus. Quòd autem solis phantasmatibus sive imaginibus peracta sit prophetia, falsum est. *Non satis phantasia physica, non satis imaginationi gravidarum, non sat similibus rebus comparari possunt. Prophetia, & visiones divinae, sed sunt ipsae visiones divinae quiddam longè potentius omnibus illis casibus & symptomatibus: dicimus cum B. W. Franzio & Nimirum visio Prophetica, diurna pariter ac nocturna, conjuncta fuit cum supernaturali lumine Prophetico, quò mens Prophetæ collustrata & visionis divinitatem & rem eà significatam rectè intelligeret, vel certè cum Θεοπνευσία, quà recta visionis intelligentia illi suggereretur: quæ B. Musæi verba sunt; sententiam ipsam, adductis pluribus dictis Scripturæ, adversus impostorem illum solidè confirmantis β. Et si observemus, quæ de prophetiis in Scriptura contentis supra γ, monuimus, de convenientia prædictionum cum ipsis rebus, uti prædictis, sic statò tempore secundum circumstantias suas liquidò eventu secutis; quæ*

α) de In.
terpr. Scr.
Or. LXI. p.
504.

β) Dispa.
pecul.
§. LXXIV.
p. 62. seqq.
γ) §. III.
hujus Cap.



quæso phantasia, quæ *potentia vividius imaginandi*, uti
α) *Cap. II*, Spinoza vocat α, si vel tota natura vires suas contulerit,
Sabin. & in hominem vaticinaturum effuderit, hæc præstare
potuerit?

§. VII. Quis autem porrò non detestetur carni-
ficinam illam verborum Scripturæ, quam *Spinoza* in or-
bem Christianum invehit per impiam illam explicatio-
nem Prophetiæ sacræ? Quando enim prophetia est
res meræ imaginationis naturalis, pro ratione subjecti
& occasionis, ex necessitate ordinis naturæ (hic enim illi
Deus est) proficiscens, jam quoties Prophetæ provocant
ad Deum se alloquentem, v. g. *Verbum Domini ad me
factum est; Dixit Jehova ad me &c.* cogitandum nobis
erit, hanc fuisse tantum imaginationem Prophetæ, qua-
si Deus ipsum alloqueretur; & cum sacri scriptores talia
recensent, vel dicendum est, eos quoq; fuisse deceptos,
& quia causas Prophetiæ cognitionis ignorabant, ad
Deum retulisse; vel dicendum est, sensum verborum:

β) *I. Reg. Verbum Domini factum est ad Eliam &c.* β hunc esse: vis
XIX, 9. naturalis dispositionis temperamenti Eliæ in phantasia
ejus tales species imaginarias produxit. Quò quid vel ma-
gis absurdum, vel impium magis, excogitari poterit?
Et quid fiet de dictis Scripturæ N. T? De Christo quidem

γ) *Cap. I.* reverenter loqui crederes Spinozam, quando scribit γ:
P. 7. *Non credo ullum alium ad tantam perfectionem supra ali-
os pervenisse, præter Christum, cui Dei placita, quæ homi-
nes ad salutem ducunt, sine verbis, aut visionibus, sed im-
mediatè revelata sunt; adeò ut Deus per mentem Christi
se se Apostolis manifestaverit.* At quoties Christus testa-

δ) *Vid.* tur, Prophetas veteres de se vaticinatos esse δ? Ergò-
Matth. ne sensus erit: Prophetæ, ex naturali dispositione tem-
XI, 13. Luc. peramenti, talia de me sibi imaginati fuerunt? At quæ-
XVIII, 31. nam

nam habitudo causarum naturalium ad imprimendas phantasiæ hominum species ejusmodi de rebus post tot secula, sub talibus circumstantiis non nisi contingenter futuris; & nullatenus ullâ ratione aut sensu præsumendis? Constat etiam, quod *Zacharias* Spiritu S. repletus Deum celebraverit, qui impleverit ea, quæ locutus erat per os Sanctorum, qui à seculo fuerunt, Prophetarum α: Itane celebraverit ille potentiam naturæ, quæ velut fatali necessitate imaginationes ejusmodi produxerit in phantasia Prophetarum? Aut, num ipse Zacharias Spiritu S. plenus, id est, impetu quodam animi excitatus (sic enim *Spiritus Dei* à Spinoza intelligi inter alia solet β) simul autem causas Propheticæ cognitionis ignorans, hanc ad DEum ex errore aut superstitione retulerit? Denique quod in Epistola ad Ebræos γ legimus: *Deus multis vicibus multisque modis locutus est Patribus per Prophetas*; anne hunc habebit sensum: Potentia naturæ effecit, ut Prophetæ Patribus imaginationes suas exponerent? Ecce flosculos ex hortis maledictis Spinozæ.

α) Luc. I,
70.

β) Cap. I,
p. 8.

γ) Cap. I,
1.

§. VIII. Equidem Rabbiorum, è quorum societate Spinoza, licet extrusus, sententias tamen quasdam facile retinuit; hanc antiquam novimus assertionem, quod *prophetia fiat per conjunctionem intellectus possibilis, cum separato, mediante imaginatione*: quàm & *Morneus* δ refert. Novimus etiam, quod *R. Albo*, tanquam ex veterum mente, docuerit, naturalem quandam habitudinem in prophetico munere locum habere; atque ita multos prophetas ob debilem suam apprehensionem res clarè, ut conveniebat, non apprehendisse; Apprehensioni Prophetarum idem accidisse, quod in sensuali apprehensione contingere solet: qui & eò progressus est, ut

δ) de V. R.
Christ. C.
XXV. p. m.
429.

D

Esai-



Esaiam accuset, quod sibi persuaserit, se dominum videre, quod tamen non ita erat. Hoc enim fuisse ex Phantasia operatione. Quia enim Esaias in sua prophetia etiam Phantasia usus est, quam Dd. vocant speculum illucidum, hoc in errorem induxisse eum, ut sibi in Phantasia videretur videre ipsum Deum. Præterquam verò, quòd Ebræorum illos Doctores, ad prærogativam Mofi vindicandam, in contumeliam Prophetarum usque abiisse; pridem constat: Notum etiam est non solum ex superioribus, verum etiam ex illo Abarbanelis, quòd prophetia sit influxus intellectus agentis in facultatem rationalem & phantasia simul, cum verò in solam phantasia influit, somnia tantum sint pura. Quod etiam de Daniele mox addit: Ecquis sana mentis sibi persuadebit, hæc omnia orta esse ex facultate phantasia, in somnio simplici, & quod somnium venerit in tot rebus, iisque minime vanis, & quod hoc omne absque influxu fuerit in facultatem intellectricem &c. Quæ quidem & plura in hanc rem ex aliis Rabbiorum scriptis suppediat B. Frischmuthus

a) de Div. l. c. a simul tamen monet & evincit, Prophetiam, ne
 S. Script. quaquam esse restringendam ad duas illas species, quibus
 C. I. S. IX. vel dormienti per phantasmata imaginativæ facultati ob-
 XVII. jecta, vel vigilantibus sed in ex parte constituto homini DEUS
 XVIII. aliquid manifestat; cum etiam illi, qui nullâ visione objectâ
 Cap. II. absque phantasmatum usu, sed mente à Deo immediatè il-
 S. XII. lustratâ, revelationem divinam exceperunt, veri nominis
 XXI. Prophetae fuerint. Quantumcunque verò ex allatis sententiis Judæorum favere videatur Spinozæ, (uti interdum, præsertim in ista gentis cœcitate, error errori vicinus esse potest) certè tamen eò nihil abit, ut solius naturæ aut naturalis potentia influxum ad prophetiam sufficere statuatur: imo potius, si Abarbanelis sententiam me-

meminerimus, non erit prophetia, sed purum somnium, si in solam phatasiam influat intellectus agens. Et intellectus hic agens etiam secundum Judæos non est potentia naturæ necessaria: sed vis causæ primæ intelligentis ac liberæ.

§. IX. Ille autem postremo, & ruditatem suam, & Atheismum prodit, quando, quod *sine scrupulo affirmare se posse dixerat*, (Prophetiam *non nisi in imaginatione* consistere;) ratione aliquâ probaturus; *Nam, ait, cum nulla alia media in Scriptura, præter hæc reperiamus, nulla etiam alia, ut jam ostendimus, fingere licet. Quibus autem naturæ legibus id factum fuerit, fateor me ignorare.* Ruditatem pudendam atque impiam! Quæ quæ in Scriptura facilè reperiri poterant, & quorum hic à nobis adducta vel paucissima exempla erudire hominem poterant; aut nesciuntur aut negliguntur: contra Scripturarum sententiam autem & fidem, naturæ legibus hoc adscribitur, de quo nihilominus necesse est fateri, nullas esse naturæ leges, quibus id factum fuisse, animo concipi possit. Sic ergò & contradictoria is affirmaverit esse vera: monitus autem de absurditate, responderit, ignorare se quibus legibus id fieri potuerit; interim fieri, sine scrupulo affirmare audeat. Sed quid responderit, impostor, si quis eum & asinum & hominem esse affirmaverit; quibus autem naturæ legibus id factum sit, ignorare dixerit?

§. X. Atheismum autem manifestè prodit, quod addit: *Potuissem quidem ut alii dicere, per potentiam Dei factum fuisse* (quod Prophetæ futura præviderunt & prædixerunt) *attamen garrire viderer.* *Nam idem esset, ac si termino aliquo transcendentali formam alicujus rei singularis velim explicare.* *Omnia enim per Dei poten-*



tiam facta sunt: Imò quia Naturæ potentia nulla est, nisi ipsa Dei potentia, certum est, nos eatenus Dei potentiam non intelligere, quatenus causas naturales ignoramus; adeòque stultè ad eandem Dei potentiam recurritur, quando rei alicujus causam naturalem, hoc est, ipsam Dei potentiam ignoramus. Ecce quomodo fanatico illi, de Dei supra naturā, suis legibus determinatam, potentialoqui, idem sit, atque garrire! Ecce, quomodo Deus illi alius nullus sit, quàm natura! causa nulla, nisi naturalis! ac, si vel tota natura Deum supra naturam loquatur ac celebret, huic Pseudo-Theologo-Philosopho-Politico, tota natura garrire videatur! Piget tandem longius immorari ineptiis tam impiis.

§. XI. Haftenus non apparent Prophetiæ fortuitæ respectu Dei: (quamvis ne quidem, si ex naturæ necessitate proficiscerentur, ad auctorem naturæ Deum relata, fortuitæ dici possent.) Sed jam nihilominus sese (II) offerunt alii, qui, saltem per consequentiam, non adeò remotam, certam sanè, prophetias de rebus futuris contingentibus, Deo, tanquam auctori in his certo & infallibili, denegant. Eos intelligo, qui omnem futurorum, quæ non à causis necessariis pendent, prævisionem atque adeò prædictionem certam, etiam respectu Dei, negant: ideòque de Scriptura nostra sacra & vaticiniis in ea contentis interrogati, non possent non similiter respondere, vaticinia illa, quoad usque de rebus contingentibus facta intelliguntur, certitudinem non habere; si maximè ad DEI mentem referantur: itaque quòd Prophetæ de futuris enunciaverunt, per accidens solummodò conjungi cum eo, quòd Deus Prophetarum (uti hujus universi) auctor & conservator, & gubernator, quoad ipsos liberè agit; aut statuendum esse,

se, Deum, quæ per ipsos prædixit, vel probabiliter tantum & conjecturaliter; vel in suo decreto prædeterminante, prævidisse.

§. XII. Equidem qui prædictiones divinas prorsus negant, facile obruuntur multitudine eorum, qui eas dari agnoscunt & asserunt aut propugnant. Nam & jam pridem Cicero *α* scripsit: *Gentem quidem nullam vi-* *α) I. de Di-*
deo, neque tam humanam atque doctam, neque tam im- *vin. S. 2.*
manem atque barbaram, qua non significari futura *Et P. m. 349.*
à quibusdam intelligi prædicique posse censeat: eamque
in rem Assyrios, Chaldaeos, Ægyptios, Cilices, Pisidarum
gentem, Pamphiliam Græciamque nominat, ac Romulum
ipsum non solum auspiciatò urbem condidisse, sed ipsum e-
tiam optimum augurem fuisse memorat. De Philoso-
phis quoque docet, Xenophanem unum, qui Deos esse
diceret, divinationem sustulisse. Reliquos verò omnes,
præter Epicurum, balbutientem de natura DEorum divina-
tionem probasse Et c.

§. XIII. Attamen ipse Cicero, postquam ea, quæ Frater *Quinctus* Divinationibus probandis attulerat, commemorasset; mox ad ea singula operosè respondet, ita ut se parum aut nihil tribuere divinationibus quibusvis, prodat. *Dicendum est mihi, ait β, ad ea, quæ β) Lib. II.*
sunt à te dicta, sed ita, nihil ut affirmem, quæram omnia, *de Divin.*
dubitans plerumque Et mihi ipsi diffidens, si enim aliquid *S. 8. p. m.*
certi haberem quod dicerem, ego ipse divinarem, qui esse *381. D.*
divinationem nego. Nec putandum est, illum solum
exercitii causâ, aut more patriæ Academia, antagonistam
agere, eò modo, quò δ Carneadem dixit adversari sem- *δ) I. de O-*
per omnibus in disputando consuevisse: aut quòd divina- *rat. S. 84.*
tionum inter gentiles magni habitarum, jam dolos, *p. m. 165. Et*
jam ineptias, jam obscuritates animo reputans, huc tan-



tum respexerit, cum divinationes negaret. Generalior enim ac serior est assertio, quâ Deo futurorum contingentium scientiam denegat: Nil est, inquit, a, tam contrarium rationi & constantiæ, quàm fortuna: ut mihi ne in Deum quidem cadere videatur, ut sciat, quid casu fortuito futurum sit. Si enim scit, certè illud eveniet. Sin certè eveniet, nulla fortuna est. Est autem fortuna. Rerum igitur fortuitarum nulla est præsentio.

a) II. De
Divin. §.
18. p. 383. D.

§. XIV. Rationem, quâ Cicero in verbis allatis utitur, Aristoteles suppeditasse videtur, cum doceret, in contradictionibus de futuro contingente non esse alteram partem distinctè veram alterâ distinctè falsam, sed quamlibet veram aut falsam. (Hanc enim esse sententiam ver-

borum β) accuratè ostendit Max. Rev. Dn. D. Bechman-
terpret. c. nus γ) adeòque futura contingentia non esse determina-
X. al. XI. p. tè futura, nec habere determinatam veritatem, & con-
m. 54. B. sequenter ea non esse cognoscibilia. Nimirum & ipse
γ) De Sci- Philosophus hoc urget: Si omnis aut vera aut falsa e-
ent. Dei c. nuntiatio est (etiam de futuris singularibus & contingen-
IX. §. II. tibus) certè omnia (ejusmodi) sint aut non sint necesse est.
III. p. 94. καὶ ἅπαν ἀνάγκη ὑπάρχειν ἢ μὴ ὑπάρχειν, dicit suâ lingua:
seq. atque ita juxta eum futura contingentia non erunt con-
tingentia, sed necessaria.

§. XV. Possent hæc, licet neutiquam excusanda, Gentilium ignorantia relinqui, quorum ματαιότητα τῆ νοῦς καὶ σκοτισμὸν τῆς διανοίας facile agnoscunt, quibus revelationis divinæ lux affulsit. Ac Ciceronem pridem confutavit Augustinus δ, in hæc verba desinens: Nos de C. D. c. adversus istos sacrilegos ausus atque impios, & Deum dicimus omnia scire, antequam fiant; & voluntate nos facere, quicquid à nobis non nisi volentibus fieri sentimus & novimus

δ) Lib. V.
de C. D. c.
IX.

vimus. *Omnia verò fato fieri non dicimus, imò nulla fieri*
fato dicimus. Magis dolendum est, quòd etiam illi, qui a) *de Deo*
 Christiani appellari volunt, in eundem errorem incide- c. XXXIV.
 runt. *Socinianos* intelligo, qui futura contingentia si- p. m. 201.
 ve bona sive mala à Deo præsciri negant. Sic enim β) *contra*
Crellius α & Smalcus β ac Dux gregis ipse *Socinus γ.* Et Franz. f.
Crellius etiam eos *inconsideratè facere,* scribit δ, qui fu- 427. 437.
tura contingentia Deum determinatè scire ajunt. Quod γ) *Præl. c.*
 si illis objiciatur argumentum à prædictionibus futuro- VIII. IX.
 rum contingentium divinis petitum; juxta illud Ter- X. XI.
tulliani ε. *Tot præscientia habet testes, quot fecit Prophe-* δ) *l. c. p.*
tas; respondet Socinus ζ, Fieri posse, ut prædictio sit expla- 201.
nè verisimilibus tantùm, obque id non certa, neque ex præ- ε) *Lib. II. c.*
notione. Quibus similia habent *Smalcus η* atq; *Crellius θ.* *Præl. c.*
 Et accedit *Conradus Vorstius ι.)* Quæ verò manifestè p. m.
 blasphema sunt in Deum; incertam quandam persua- ζ) *Præl. c.*
 sionem, imaginationem aut conjecturam ei tribuentia, c. X.
 ita, ut Deus non ampliùs per præscientiam suam ex præ- η) *l. c. Disp.*
 dictionibus cognoscendam, à falsis Diis κ; neque Pro- XII. p. 433.
 phetæ divinitus missi à Pseudo-prophetis distinguantur; θ) *l. c. p. 211.*
 contra quàm Deus ipse λ testatur. Nimirum hoc idem ι) *Not. ad*
 erit, atque illud, quod, ex Euripide petitum, *Cicero* Disp. V. de
 memorat μ: *Μάντις δ' ἀεὶ ἔσθ', ὅς τις εἰπάξει σοφῶς.* Be- Deo p. 267.
nè qui conjiciet, vatem hunc perhibeto optimum: scilice κ) *Esaia*
 quod vaticinia ultra terminos conjecturarum non α) *XLI. 22.*
 surgant. Qui tamen & ipse monuit, *v qua conjectura aut* 23.
ratione presentiri possunt, non divinis tribuenda esse, sed λ) *Deut.*
peritis: agnoscens, non esse pro revelatione & vaticinio XVIII, 21.
 habendum, quod non nisi conjectura est. Itaque nec 22.
 improbandum erit, quod *Samuel Maresius ζ* scripsit: μ) *II. De*
Socinianis Prophetæ *θεόπνευστοι* pari loco habentur, quo *Divin. §.*
Kalendariorum annuorum conscribillores, qui sub præ- 12. p. m.
 dictio- 382.
 Socin. ex v) *l. c. §. 14.*
 pugn. T. I. ζ) *Hydr.*
 p. 266.



*dictionum nomine suas conjectationes & quod verisimili-
ter suspicantur extitutum, solent popello propinare.*

§. XVI. Sed satis de his: quæ quamvis non tam
Deum per ignorantiam aut fortuito proferre vaticinia
sua; quàm in his, quæ sciens profert, destitui certâ e-
ventûs contingenter secuturi scientiâ fingant: non
tamen adeò aliena sunt à præsentis instituto, ut po-
tius porrò dicendis lucem non parvam afferre possint.

CAPUT TERTIUM.

Quo

Quæstio Secunda & Tertia con- siderantur.

§. I.

E Volutâ quæstione prima, ad secundam & tertiam
pergimus, visuri, *An dentur in Scripturis S. dicta,
ex vi verborum & Scripturæ ipsius assertione res futuras
significantia, quæ tamen ab hominibus illis, à quibus profe-
cta memorantur, ita sint enunciata, ut se hæc verba enun-
ciare nescirent? aut saltem sensum illum verborum,
non cognoscerent?* Sanè etiam his quæstionibus superse-
dere poteramus, si intra modestiæ & fidei, revelationi-
bus divinis debitæ terminos sese continerent ingenia
hominum, qui de prophetiis judicare audent. Quam-
vis enim vates gentilium vaticinia sua *furentes* edidisse
non negemus; videlicet ut nomini suo convenien-
(a. §. IX. ter, *μαντεία* esset *Ἰῶν μαντομένων*: juxta ea, quæ Cap. I. α) di-
cebamus. Hic tamen potius mali demonis *ἐνέγγεια* &
lulus

lulus animadverti; Viris Dei autem non ideò familia adscribi debebant.

§. II. Attamen & in Ecclesia Dei jam olim in hanc rem disputatum fuit, præsertim cum *Montanus* hæreticus Prophetas more arreptitorum loqui finxisset, ac donum prophetandi sectatoribus suis pollicitus, tales redditurus erat, quales sunt ενεργούμενοι. Sic enim verba hominis jactabundi notavit *Epiphanius* α: Ἰδὲ ἀνθρώ-

πῶς ὡσεὶ λύρα. ἀγὼ ἐπιταμαὶ ὡσεὶ πλήκτρον. Ὁ ἀνθρώ-
πῶς κοιμᾶται, καὶ γὼ γρηγορῶ. Ἰδὲ κύριε ἐστὶν ὁ ἐκείνων
καρδίας ἀνθρώπων, καὶ δίδος καρδίας ἀνθρώποις. *Ecce*
homo, tanquam lyra, Ego vero ceu plectrum volo. Ho-
mo dormit; ego verò vigilo. Ecce dominus est, qui cor-
da hominum in stuporem vertit, & corda dat hominibus.

a) L. II.
adv. Herr.
T. I. hac
XXVIII.
vel
XLVIII.

Quæ quidem eò tendunt, ut homines non tantum in recipienda illuminatione, aut revelatione; verum etiam in reddenda ea aut eloquenda, merè passivè se habere doceant: non aliter, quàm cum obsessi peregrinis linguis loquuntur, per quos *Satanas* verba facit, ipsis neque quòd loquantur, neque quid dicant, intelligentibus: aut quemadmodum lyra pulsata emittit sonum, sed ita ut ipsa non audiat, neque artis opus agnoscat.

§. III. Verum benè est, quòd *Epiphanius* ipse errorem illum studiosè & graviter confutavit, ita ut etiam objectionibus *Montanistarum* eruditè responderet. Objiciebant illi, non esse alienum à Deo, homines in stuporem dare, cum statim primo homini *Adamo* id contigisset eò tempore, quò *DEus* ex costa ejus *Evam* fabricaturus erat. Respondet *Epiphanius* β, *Adami Stuporem somni quidem torporem extitisse, non mentis insa-*

β) §. IV. V.
VI.

riam. Stuporis porrò vocabulum multis modis usurpari solere.

E solere.



solere. Alium enim esse, quem vehemens parit admiratio; alium pro furore & insania sumi, ex eo quod animus à proposito ἐκστῆναι, hoc est aberrare dicatur. Stuporem quidem, qualem Adamus passus est, naturalium functionum quietem; non autem μανίαν aut insaniam denotasse: ab omni doloris sensu exemptum fuisse Adamum, non fuisse stuporem illum mentis aut animi. ἢ ἦν ἐκστάσις, ait, Φρενῶν καὶ διανοημάτων. Ostendit etiam, Adamum statim atque expergefactus esset, quod gestum erat, agnovisse, nec tantum priora sed & posteriora novisse, ac futura prædicasse: quæ jucundum est ex eo legere, cum prolixius foret huc excerpta transferre.

§. IV. Sic ergo & alia, quæ περὶ ἐκστάσεως in Scripturis memorantur, objecta à Montanistarum parte, & explicata in genuinum sensum, atque adeo objectiones solutas ab Epiphanio videas: v. g. illud Davidis α: Dixi in excessu meo, omnis homo mendax; non esse hominis ἀφρονῆτος; sed significare hominem, incredibilem in modum obstupescens, & usitatis ac quotidianis eorum, quæ videntur aut aguntur, cogitationibus majora versantem β. Poterat monuisse, Davidem sua lingua trepidationem & anxietatem animi summam, nescientis fermè quorsum se vertat, sed velociter modò hac, modò illuc inclinantis, non excessum mentis indicare. Verùm ille quidem Græcam magis, quàm Ebræam dictionem attendit: quanquam non aberraverit à scopo prophetae.

γ §. VII. §. V. Addit γ, objectionis locò, quod Propheta extra se rapti legantur; statim autem respondet, non idè amisisse usum rationis. Τεγόνασιν ἐν ἐκστάσει οἱ περὶ Φη-
 Ξι ait, ἢ ἐν ἐκστάσει λογισμῶν: quippe qui, cum objecta si-
 bi

hi visa cernerent, in mentis vigore perstiterint. Dixerat autem jam antè α: Quaecunque Propheta locuti sunt, ea α) §. II. scientes intelligentesque dixerunt: planèque uti nunciata sunt acciderunt, & hodiè perficiuntur. Et rursus β, β) §. III. Verus Propheta, cum sui compos, tum ea, quæ dicebat, intelligens futura nunciabat, proque eo ac Spiritus Sanctus impulerat, precipuò quodam animi robore vaticinari solebat. Denique etiam; Hæc, ait, Prophetarum verè propria sunt, qui firmam ac stabilem in Spiritu S. mentem retinent, ac docendi discernendique facultatem, τὴν διάνοιαν, καὶ τὴν διδασκαλίαν, καὶ τὴν διαλογίαν.

§. VI. Non abs re erit, quæ peculiariter de Daniele (quanquam & de Abrahamo, Mose & Esaia quædam non indocta annotavit,) recensere: Nonne, ait, plenus omni sapientiâ fuisse, quaecunque animò conceperat, planè intellexisse (πάσης συνέσεως ἔμπλεως καὶ τοῖς θεοῦ μασι παρακολούθων,) videtur? qui & Nabuchodonosoris anigmata dissolvit, & quæ ei per somnium oblata fuerant, sed illum, qui viderat, effugerant, non aliter in memoriam reduxit; & cum eadem animi firmitate ac cœlesti illo dono uberrimè perfusus, citra ullam moram interpretatus est; cum prudentiâ intelligentiâque cæteris hominibus antecelleret: ob eam scilicet, quâ præditus erat, Spiritus Sancti gratiam, quæ non modo Prophetam informat, sed & nos omnes, quibus illius adminiculò Deus doctrinam veritatis impertit. Sanè penes Danielem fuisse tum attentionem, tum apprehensionem & signorum & signatorum, nec non debitam apprehensorum discretionem; constat in primis ex Cap. X. γ ubi dicitur γ) vers. I. tur, intellexisse verbum ad se factum, & intelligentiam ei fuisse in visione ista. Et Gaspar Sanctius ad h. l. δ contra Montanistarum errorem latius disputat: cui addi δ) num. VII. seqq.

E 2

potest



a) *Comm.* potest *Hector Pintus*, Lusitanus a, qui & ipse hanc the-
ad h. l. p. sin tuetur, *Prophetam esse non posse sine vaticinationis*
222. *cognitione.*

§. VII. Præter *Epiphanium*, etiam *Hieronymus*
variis locis exagitavit *Montanum*: præcipuè in præfat.
b) *Tom. V.* *Comment. in Esaiam* β. *Neque verò, ait, ut Montanus*
Opp. P. 3. *cum insanis fœminis somniat, propheta in ecstasi sunt lo-*
cuti, ut nescirent, quid dicerent; de quibus Apostolus
ait, nescientes, quid loquantur, sed juxta Salomonem,
sapiens intelligit, quæ profert de ore suo, & in labiis suis
γ) *apud* *portabit scientiam; etiam ipsi sciebant, quid dicerent. Si*
Euf. L. V. *enim sapientes erant propheta, quod negare non possumus,*
H. E. cap. *quomodo instar brutorum animantium, quid dicerent,*
XVII. P. *ignorabant? Sed & jam olim Miltiades γ & Origenes δ, Ba-*
m. 183. *silius M. ε, Chrysostomus ζ & Gregorius M. η communi*
δ) lib. III. *sententiâ asserunt, Prophetas non fuisse à mente alie-*
πρὸς ἀρχ. *natos, cum vaticinia funderent, sed quæ prædixerunt,*
c. 3. *in pro- ipsos intellexisse.*

§. VIII. Ex recentioribus *P. Cuneus θ*, cum ex in-
c. III. *Esa.* *stitutò disputaret de vatibus deque divino afflatu; & spe-*
ζ) *Homil.* *ciatim, an vates furore correpti & mentis impotes fue-*
XXIX. in *rint, cum futura canerent? occasione verborum Pauli:*
I. ad Cor. *Spiritus vatum ipsis (prophetis) subjectus est; quod se-*
XII. *cus esset, scribit, si frenos morderet, & rectorem suum*
η) *Lib. XI.* *Moral. c. raperet, ferretque extra rerum terminos. Ex nostris*
14. *autem B. Franzius, illud notari jubet, quòd Jeremias*
θ) *L. III. de* *captivus suam visionem sibi divinitus factam, & ab ad-*
Rep. Ebr. *versariis combustam denuò ad pennam suo scriba Barucho*
cap. VII. *dictavit, prorsus tantâ convenientiâ, ut nec in verbo aut*
p. m. 533. *vocabulo ullo addendo vel omittendo ipse erraret: scilicet*
i) *De Inter.* *quòd haberet Jeremias intus spirituales quasi maximè*
Scr. Orac. *realem chartam plenam visionibus & picturis Spiritu Dei*
LVII. p. *504. fortiter impressis & c.*

§. IX.

§. IX. Cæterùm de verbis quidem, quæ Prophe-
tæ enuciaverant, fortasse nimis clarum est, quòd à sci-
entibus se loqui fuerint profecta: ita ut *Questioni se-*
cundæ facilè fieri possit satis. Circa *tertiam* autem, quæ
est de intelligentia sensûs verborum a se proferendo-
rum aut prolatorum, ipsiusque rei significatæ, aliqua ad-
huc dicenda sunt; quandoquidem & veterum quorun-
dam Scriptorum, & recentiorum virorum doctorum,
quædam extant super hac quæstione cogitata atque an-
notata, quæ scrupulum movent sententiæ communio-
ri atque orthodoxæ.

§. X. Ex Patribus, *Cyrillum a & Augustinum* ^{β) L. VIII.}
adducit *Sanctius*, qui *ab errore Montani non valdè* ^{in Job. c.}
abhorruerint. Et certum est, reperiri apud *Cyrillum* ^{III. p. m.}
hanc sententiam: *Non ad Prophetæ rationem id semper* ^{55.}
exigitur & necessarium est, ut quæ futura denunciat, intel- ^{β) L. VII.}
ligat. *Habuit enim Daniel complures visiones, & pro-* ^{de C. D. c.}
pheticas protulit denunciationes, quas primò non intel- ^{33. & Lib.}
lexit: sed eorum intelligentiam postea ab angelo est edo- ^{II. ad Sim-}
ctus, & tamen prophetici nominis rationem simul & de- ^{plac. q. I.}
nominationem proinde non deperdidit. Augustinus
etiam l. c. scribit: *In republica Ebræorum per quosdam*
scientes, per quosdam nescientes, id quod ex adventu Chri-
sti usq; nunc & deinceps agitur, prænunciatum fuit, esse
venturum. Ad quæ verba *Job. Ludovicus Vives* in *Com-*
ment. hæc adscripsit: *Propheta nec omnes sua vaticinia*
intelligebant. Nec enim ex se loquebantur, sed ex supe-
riore Dei afflatu, cujus consilia non omnia erant eis mani-
festa: utebaturque Deus illis non velut consultis futuro-
rum, sed instrumentis, quibus homines alloqueretur. Et-
si negandum non est, summam visionum, hoc est id, quòd
prophetiæ omnes referebantur, fuisse illis à Deo patefa-
ctum,

Etum, puta de Messia venturo. Ausus est etiam Luc. Vives Prophetiæ rationem ad similitudinem vaticiniorum gentilium exponere. *Gentiles quoque, inquit, non omnia, quæ Sibyllæ & reliqui divinò furore concitati prædicebant, existimabant ab eis intelligi. Sine ratione enim & mente ea fundebant, nec sui erant compotes: quippe qui exuti actione propriæ animæ, pro anima Deum haberent. Idcirco Jamblichus Sacerdotes, Sibyllas & prophetas, ait, quò prudentiores sunt magisque & sobrii, & sibi compotes, eò minus obscuriusque vaticinari. Tunc demùm apertissimè & optimè prædicere futura, cum toti à Deo corripuntur. Hæc & alia ipse in mysteriis.* Idem

α) L. II. C. etiam in Libris *de Veritate Fidei Christianæ* & plura in VII. p. m. hanc rem adduxit: atque hinc Prophetas *difficiles & per obscuros* factos esse contendit. Similiter Cornelium à Lapide β & G. Sanctium γ eo nomine culpari non vimus, quòd censerent, *Prophetas multorum suorum oraculorum significationem ignorasse* δ.

Maj. f. 8. §. X. Sanè Cyrilli verba his, quæ ex Epiphanio de γ) in *Esaia* ratione veri Prophetæ vidimus, è diametro repugnare c. XLVIII. videntur, cum ille quidem dicat, *non exigere semper ad Prophetæ rationem aut necessarium esse, ut intelligat, quæ futura denunciat: hic verò quæcunque Prophetæ locuti sunt, ea scientes intelligentesque dixisse, doceat.* Cum quibus & Augustini dictum parum convenit, qui Messiam §. 4. p. 15. venturum non tantùm *per quosdam scientes, sed & per quosdam nescientes* prænunciatum fuisse affirmat. J. L. Vives autem etiam pluribus rationibus pugnat. Quamquam totum illud, quod in operibus ejus & librorum Augustini de C. D. cum commentariis J. L. Vivis & Le-

ε) *Francof. onh. Coquæi, ex editione Herteliana & superest; à & Hamb. Theologis Lovaniensibus expunctum, in operibus Augustini* A. 1661.



stini Antverpiæ, Commentario illo J. L. Vivis, Tomo V. annexo, editis, non appareat. *Coquæus* tamen non solum ipse in altera est sententia, & Prophetas, cum Spiritu S. inspirati loquerentur, certè intellexisse, quæ loquebantur, affirmat; sed & Augustinum aliter, quàm vulgo fit, explicat. De *Cornelio à Lap.* atque *Sanctio*, quid nobis videatur, ex seqq. patebit.

§. XII. His interim auspiciis, tantò facilius factum est, ut Critici quidam nostræ ætatis, quò plus ingenio suo quisque indulset, quoque minus reverentiæ erga Scripturam Θεόπνευστον animo servavit; hoc majore cum audacia sententiam illam de vaticiniis Prophetarum per ignorantiam editis, aut, ut aliqui loquuntur, de Prophetiis fortuitis, tanquàm suis hypothsesibus conformem aut blandientem, amplecterentur & propugnarent. Nota est *Arminianorum* seu Remonstrantium secta in Belgio; & quomodo in multis easdem cum Socinianus tibus inflare consueverint: facilè hinc in Scripturarum sacrarum tractatione hallucinantes. Nobile etiam hoc tempore nomen est *Richardi Simonis*, Presbyteri Congregationis Oratorii, auctoris Historiæ Criticæ veteris Testamenti (cui quidem & Criticam N. T. hætenus subjunxit) in qua multum quidem eruditionis ostendit; simul *Spinosa argumentis ad elevandam & infringendam Scripturæ auctoritatem* sese respondisse perhibet: attamen non solum in aliis multis id agit ipse, ut obtinendo scopo suo, (qui est; Traditionum non-scriptarum ipsiusque Ecclesiæ auctoritatem ac necessitatem, ubi de principio & norma fidei quæritur, probare) multa, quæ Scripturarum superstitum certitudinem labefactant, atque adeò de dignitate ejus detrahunt, seu inspergat, sed ex instituto defendat aut propugnet,

pugnet, de quibus non est hic agendi locus : Sed etiam in eum, de quo hic agimus, errorem descendat. Quamquam enim in ipso opere Historiæ Criticæ eum non nihil occultavit; mox tamen apertius professus est, data sibi occasione à Theologis quibusdam Batavis, qui nomina quidem sua dissimulabant, sed quos ipse Simonius putavit esse *Natalem Albertum de Verse* Theol. & Medic. Doctorem, & *Johannem Clericum*, Ebr. lit. Professore; utrumque apud Amstelodamenses, sectâ verò Arminianos; ut & Ministrum quendam *Charentoniensem*, opusculis quibusdam, & nomine *Philæthæ* assumptò, celebrem: & *Actorum Eruditorum Collectores Lipsienses*, gravissimi doctissimique Viri, *Judicia illa quorundam Theologorum de Richardi Simonis Historia Critica V. T. Johanne Clerico auctore* prodiisse testantur. Nimirum

α) *Amstel.* in his Judiciis, XX. Epistolarum serie conclusis α, Epistola XI. & XII. de *Inspirationis* Scripturæ S. argumento, Anonymi cujusdam meditatio paradoxa legitur, quâ non verba sed solas res quasdam quorundam librorum (non omnes omnium) ita à Spiritu S. inspiratas esse, ut sacri tamen scriptores sæpè se prophetare nesciverint; statuitur. *Accidisse videlicet, ut Deus, licet nec verba nec sensum inspiraverit, nihilominus de quorundam ore traxerit Prophetias, quas, qui pronunciarunt, aliter intellexerint, nec prophetias esse crediderint*: cujusmodi sint prædictiones multæ in V. T. v. g. *Psal. XLI, 10. LXIX, 26. CIX. 8. in N. T. Prædictio Caiphe*. Atque hujus scriptoris pietatem Theologi illi commendant, argumentorum robur laudant, aliorumque de opinione hac novatâ *Judicia moderata* exoptant. Ad hæc, inquam,

β) *A. 1686.* Simonius, *Responsum* Libro opponens β, proprio quidem nomine non expresso, ab officio tamen *Priorem* Bolle-

Bollewillanum se appellans, cum ad Epistolam illam XI. pervenisset, Concedit, ac lubens, ipsos etiam Prophetas veros quae dixerunt, saepe non intellexisse; uti quoad verba inspiratione non eguerint, in rebus quoque quibusdam inaequalem modo, modo nullam inspirationem, uti vulgò intelligitur, obtinuerint.

§. XIII. Ecce! quomodo in his convenient, qui in aliis adversus se invicem prolixè & acriter pugnant. Nam & *Defensio Judiciorum illorum Theologorum Hollandiae de Richardi Simonis Historia Critica V. T. contra responsum Prioris Bollevillani*, prodiit α ; & ex adverso, *Prioris Bollevillani Epistola de Inspiratione librorum sacrorum, cum responso ad librum, Amstelod. cui titulus Defensio Judiciorum &c.* β Sed postquam in illa β) *Rote-* hypothesis inventum esset semel, in aliis argumentis certamen substitit. rod. Ann. 1687.

§. XIV. Diximus, Remonstrantes Sociniani vicinos reputari. Certè in hoc negotio admonemur illius figmenti, quod Sociniani *Accommodationem* vocant; & ab *Allusione* & *Sensu* distinguunt. Speciatim verò, quantum ad praesens attinet, (aliàs enim longa est injuria in Prophetas, longæ ambages) de vaticiniis Prophetarum Veteris Testamenti disputant; videri illis aliquando sensum inesse certum, quem Scriptores Novi Testamenti, vaticinia ista allegantes, tradunt; sed credendum esse, quòd *Scriptores novi foederis aliquando ex suo sensu vel ex eventu loquantur de viris Sanctis Testamenti Veteris*: quippe quòd hi sancti viri V. T. hunc sensum, quem Novi Testamenti scriptores verbis adscribunt, nequaquam animo conceperint, adeòque praeter intentionem eorum, verba sua hunc eventum habuerint, ut sub illo novo sensu intelligerentur. Scilicet hanc rationem Sociniani illam pariter thesin tueri conantur, quã negant, extare in V. T. promissiones bonorum spiritualium; etsi in hanc rem dicta illorum à Scriptoribus N. T. allegentur; & erroribus aliis patrocinium aut latibula quaerunt, praesertim quando quæ de Messiae sive persona sive officio, deque Spiritus Sancti Deitate agunt, collatisque Scripturarum V. & N. Testamenti dictis premi sentiunt; Accommodationem esse dicunt, non sensum antiquorum dictorum, Prophetarum: atque ita porrò, fundamenta accommodationis in qualicunque *similitudine, dependentia, subordina-*

F

tione

tione, vicariatu, conjunctione &c. collocant : de quibus B.

α) *Sylog. Hackspanii* Disputatio peculiaris de Accommodatione α ο-
Dispp. p. mnino legi meretur.

417. seqq.

§. XV. Sanè, quod Prophetæ V. T. verborum, quæ pro-
tulerunt, sensum verum & genuinum, quem & verba ex insti-
tuto significare apta erant, & Deus ipse per verba illa signifi-
care intendebat, ipsi apud animos suos intellexerint; adeò
certum est, & exemplis liquidissimis constat, ut hoc negare es-
set adversus Solem loqui. Clarissimum est, quod *David* à

β) *Act. II,*
30. 31.

Petro dicitur β Προφήτης υπάρχων, cum *Propheta* esset, hoc
ipso προιδών, *præsciens*, locutus esse de resurrectione Christi,
quod non derelicta sit in inferno anima ejus, neque caro viderit
corruptionem. Atque hoc quoque argumento est, quod &
cæteri προφήται υπάρχοντες similiter προιδόντες *præscientes*
locuti fuerint, cum futura prænucciasse leguntur. Nec pro-
inde Deus ita de ore ipsorum traxit prophetias, ut qui pro-
nunciarunt, non intelligerent esse Prophetias.

γ) *1. Ep. I.*
10. 11.

§. XVI. Notandum quoque est, quod idem Petrus γ de
Prophetis, Christi missionem & officium prænucciantibus, ve-
lut generali sententiâ affirmat, quod cum de ventura in nos gra-
tia vaticinarentur, simul scrutati fuerint, in quem aut cujus-
modi temporis articulum significaret, qui in ipsis erat, Spiritus
Christi: addit etiam, fuisse illud ipsis revelatum, quod non præ-
cisè sibi, sed nobis ministrarent hæc. Quomodo ergò scrutaren-
tur ac desiderarent nosse articulum temporis, in quem even-
tus vaticinii incideret, si sensum ipsum prophetiæ suæ igno-
rassent? Quomodo diceretur, revelatum illis fuisse, quod no-
bis manifestarent, si tamen id non haberent cognitum? Hoc,
inquam, potius est quod dicitur: non debuisse eos sibi solis ser-
vare mysteria, quæ per revelationem cognoverant, sed co-
gnita à se communicare aliis, posterisque, in quorum tempo-
ra complementum vaticiniorum reservabatur. Sic ergò et-
iam dicuntur desiderasse videre δ Messiam, de quo loquebantur,
non, quod ignoti cupido aliqua illis inesset, sed quod, quem
futurum præcognoverant, præsentem intueri optarent.

δ) *Luc. X.*

§. XVII. Imò verò etiam somnia & visiones ecstati-
cæ Prophetarum ita considerari debent, ut simul observemus, ea,
quæ fiebant per imagines rerum, enigmaticè id quod revelan-
dum

dum erat, significantium, non habuisse rationem Prophetia, & revelationis per Prophetiam, nisi alia accederet revelatio per illuminationem, quâ ad illud ipsum, quod obscure & enigmaticè per species rerum aliarum significabatur, rectè cognoscendum, intellectus elevabatur, quæ si cum somnio aut visione conjungebatur, tum demùm Prophetica erat: quemadmodum eruditè monuit B. Musæus α; & exemplis ex Dan. II. 1. & cap. V. v. 7. α) Introd. seqq. ostendit. Neque nova est ista sententia: cùm jam olim in Theol. P. Augustinus (vel idèò hîc nominandus, quia in adversam partem alt. Cap. I. adduci cœpisse eum meminimus) in eandem rem satis apertè §. X. p. 228. scripserit β: Quibus signa per aliquas rerum corporaliū simili- 229. tudines, demonstrabantur in Spiritu, nisi accessisset mentis officium, ut etiam intelligerentur, nondum erant Prophetæ; magisque Prophetæ erat, qui interpretabatur, quod alius vidisset, lit. c. IX. quàm alius, qui vidisset. Unde apparet, magis ad mentem pertinere Prophetiam, quàm ad hunc spiritum, qui est vis animæ quædam mente inferior, ubi corporaliū rerum similitudines exprimuntur. Itaque magis Joseph Prophetæ fuit, qui intellexit, quid significaret visum Pharaonis, quàm Pharaoh, qui illud in somnis habuit. Hujus enim spiritus informatus est, ut videret, illius mens illuminata est, ut intelligeret. Quibus omninò respondent, quæ ex Epiphanio & Hieronymo γ supra notavimus: γ) §. V. & uti & Danielis dictum δ Nostrates passim observant: inter VII. quos B. Danhauerus ε etiam ex Job. Bapt. de Rubies requisita δ) Cap. X. veri Prophetæ sex recensens, quinto locò hoc memorat, quòd v. 1. seqq. Prophetæ intelligat & interpretetur visionem, sive revelationem, ε) Hermen. quia aliter non diceretur Prophetæ: ac Theodorum idèò in Con- S. sect. II. cilio Toletano condemnatum fuisse memorat, quòd assereret, Pro- art. II. p. phetas non intellexisse visiones & prophetias suas. 419.

§. XVIII. Quod autem J. Ludov. Vivem objicere ζ vidimus, Prophetas non ex se fuisse locutos, sed ex superiore Dei afflatu, cujus consilia non omnia fuerint eis manifesta. Usus enim illis fuisse Deum, non velut consultis futurorum, sed instrumentis, quibus homines alloqueretur, id nobis non obstat, neque adversam sententiam juvat. Dicitur enim Prophetia η η) II. Pet. 2. & Θελήματι ἀνθρώπων, non voluntate hominum allata, non in I. 21. oppositione ad intelligentiam ejus, quod Deus in ipsis loquebatur, & per ipsos aliis locuturus erat; sed in oppositione ad pro-

priam inventionem rerum aut verborum, quibus prophetia constabat, itemque proprium arbitrium loquendi & non loquendi. Et quemadmodum non repugnat, hominem unum altero tanquam ministro aut instrumento uti, per quem alicui tertio, aut pluribus, animi sui sensa significet, consilium propositumque suum aperiat, aut nunciet, (sive id scripto, sive vivâ voce fiat;) ita tamen ut minister ille, nuncius aut amanuensis, ipse intelligat, quæ alteri tertio, Domini sui nomine, est significaturus: sic Prophetæ futura pronunciarunt, inspirante Domino, ac verborum rerumque conceptus sibi intus impressos & receperunt & reddiderunt, ut omninò, quæ aliis tradituri erant, ipsi intelligerent.

a) vid. h. l.

§. X.

§. XIX. Similiter quod *Cyrillus* α disputat, *Danielem*, Prophetam complures habuisse visiones, & propheticas protulisse denunciations, quas primò non intellexit; sed eorum intelligentiam postea ab angelo fuerit edoctus &c. facile solvitur, si applicemus, quod de differentia somnii aut visionis in se, & somnii aut visionis Propheticæ annotavimus. Fac enim v. g. Danieli priùs contigisse visionem nudam; deinde demùm accepisse eum illuminationem; quid inde aliud sequetur quàm quod Nostrates etiam libenter concedunt; si quedam primò intuitu ignorabant Prophetæ, Deum iis explicasse, ut *Daniel. VIII. v. 16. 18. Jerem. I, II, 13. Apoc. VII. 13. 14. & passim, ut penitùs*

β) *Prol. ad nos sent eorum sensum.* Sic enim disertè *B. Hülsemannus* β *Comm. in Hoc* autem est confirmare sententiam de intelligentia vaticiniorum, quæ Prophetis competat, non destruere.

V. §. 4. p.

§. XX. Quod autem *Richardus Simonis*, γ hypothesin illam Pontificiis familiarem, de pluralitate sensuum unius γ) *Resp. ad loci Scripturæ* huc applicat; quasi videlicet Prophetæ unum sent. Ba- quidem noverint, alium aut reliquos ignoraverint; hoc est t. av. p. 124. errorem errori substernere, aut petere id, quod est in principio. Probari enim prius debebat illa sententia, non supponi. Neque juvat illum distinctio inter sensum *historicum* seu *literalem* & *mysticum*. Non solum enim Prophetæ in plerisque vaticiniis suis sensu eo, qui proximè intenditur, futura illa significarunt, quæ ad Christum & Ecclesiam atque utriusque mysteria attinent; & hunc ipsum sensum scientes per verba significarunt: juxta id, quod de Davide Petrum testatum esse, audi-

audivimus: sed & si maximè sensum mysticum Prophetiarum, à literali distinctum admittamus, non apparet, quid obstet, quò minùs dicamus, Deum Prophetis suis utrumq; aperuisse, ita, ut non solùm quid verba proximè ex intentione Dei significarent, sed & quid mediatè aut per rem verbis proximè significatam porrò significari cuperet Deus, intelligerent.

§. XXI. Attamen *Duo* adhuc impræsentiarum expendenda veniunt: *Unum*, annon aliquando solùm fieri consueverit, ut Deus Prophetis seu visiones quasdam objiceret, seu verborum quosdam conceptus suggereret, quorum scopum & significationem ipsi suâ mente non assequerentur, destituti nimirum illuminatione explicatrice? *Alterum*: Annon dentur loca quædam Scripturæ N. T. quibus dicta V. T. allegentur & ad rem quandam applicentur, ad quam viri illi sancti Veteris Testamenti animum non intenderunt? Certè utrumq; horum, si rectè evolutum teneatur, doctrinæ nostræ lucem foenerari, & adversariorum erroribus distinguendis ac refutandis servire poterit: quamvis, quod ad priorem quæstionem attinet, *Simonius* cum *Batavis* illis Theologis, inspirationem verborum Scripturæ Divinæ, si non in universum negare, rarissimam tamen eam fingere, ideòque hæctenùs labore istò nos liberare velle videantur.

§. XXII. Nos autem, quod res est, dicturi, primùm quidem monemus; agnoscendam utique esse diversitatem mensuræ revelationis, uti aliàs hominibus, sic etiam ipsis Prophetis factæ: nec tantùm fieri potuisse, sed & factum esse, ut cùm futurarum rerum circumstantiæ aliquæ revelarentur Prophetis, aliquæ tamen eos laterent. Quò profectò pertinet illud Petri suprâ memoratum, quòd Prophetæ venturam gratiam, sibi revelatam & cognitam prænuntiantes, non propterea statim cognitum habuerint articulum temporis, gratiæ illi venturæ destinatum. Interim aliud est, hæc Prophetis ignorata fuisse, quæ etiam verbis prophetiæ illorum non significabantur distinctè: aliud est, ignorasse ipsos sensum suorum vaticiniorum. Non de illo, sed de hoc, quærebatur. Nec malè *Job. Maldonatus* verba illa Danielis & considerans; *Et ego audiivi, & non intellexi, & dixi, Domine mi, quid erit posthac? Et ait, vide Daniel, quia clausi sunt signatiq; sermones usq; ad præfinitum*) Cap. XII. 8.



tum tempus : ita commentatur : dicit (Daniel) se non intellexisse, non quidem omnia, sed illud tantum, quod v. 6. alter angelus interrogaverat, quodq; ipse statim interrogat, quando finem harum rerum futurum esse? Cetera enim, quae futura praedicta erant, satis se non interrogando intellexisse indicat. Quam responsionem etiam B. Hülsemannus laudat, & suam facit, responsurus Sanctio atque Cornelio à Lapide, locum istum objicientibus, ut probarent, Prophetas multorum oraculorum suorum significationem ignorasse : quod jam supra notavimus.

α) l. c. p. 25.

Addit autem Hülsemannus α' de Daniele hæc verba : *Illam tempora & momenta, (quæ dixit se non intellexisse) nosse non erat ejus : ex Act. I, 7.* Nam & fatendum est, pleniorum lucem & cognitionem mysteriorum Messiae temporibus N. T. fuisse reservatam : quò respectu discipulos suos feliciores praedicat Christus Prophetis antiquis, qui, quæ ipsi jam videant atque audiant, non viderint neque audiverint, ut maximè cuperent β.

β) Luc. X. 24.

§. XXIII. De cætero, facile agnoscimus occurrere quædam exempla hominum, verba facientium suo quodam sensu, quæ tamen aliò sensu in rem suam & Ecclesiae suae verterat aut flexerat Deus. Tale n. est illud Caiphæ, quod à Batavis in hanc rem afferri indicavimus. γ

γ) §. XII.
δ) Cap. XI.
50. 51. 52.

Et verba quidem Johannis luculenta sunt, cum dicit; Caipham quando in confesso Pontificum & Phariseorum sententiam tulit, quòd expediat, ut unus homo moriatur pro populo, ne tot agens pereat; non dixisse hoc à semet ipso, sed cum esset Pontifex anni illius, vaticinatum fuisse, quod Jesus moriturus esset pro gente; & non tantum pro gente, sed ut filios Dei qui erant dispersi congregaret in unum. Itaque expresse quidem de Caipha dicitur: *περὸς τὸν Ἰησοῦν προφητεύει* prophetavit, aut prophetiam edidit : & tamen simul indicatur, Caipham verba illa non

ε) Comm. in Job. p. 835.

intellexisse sensu hoc sanctò, quòd Christus, tanquam vicarius generis humani, propter peccatum mortis æternæ obnoxii, velut victima expiatoria, mortem obiturus esset. Ac nostri quidē

ζ) Conf. L. Osiand. Panphr. B. Gerh. Harm. CXLI. p. m. 24.

& ipsi docent, Spiritum S. fuisse causam efficientem sententiæ illius, ac direxisse mentem & linguam ejus, ut cum aliud intenderet, aliud tamen diceret: explicante B. P. Tarnovio, & antiquiorum verborum stigma secuto. ζ Sed quòd ex hoc aut simili casu de Prophetis illis sanctis, & velut communi lege, ac via aut more illorum judicandum sit; nondum apparet. Nec enim abs re est, quod B. Hillsemannus



semannus a monuit, Caipham non prophetaſſe formaliter, ſed verba α) Pr. 1. 6. ejus inſtinctu Spiritus S. prolata, materialiter ſaltem prophetiam Comm. in in ſe continere, quam ipſe ignoſcebat. Alii ejus ſententiam non fuiſſe Jerem. c. ſe propheticam proximè, ſed interpretativè dicunt. β) De quo I. G. 7. p. 8. quicquid ſit, certum eſt, Prophetam non fuiſſe Caipham: quem ad. β) Vid. modum nec aſina Bileami poteſt propterea dici animal rationale, Prückn. quod verba rationalia protulerit, qua ſimilitudine Nicolaus de in Vindic. Lyræ hîc uſus eſt, B. Gerharo noſtro γ) laudata: & B. Danbauero δ) Ser. ad h. ſimiliter probata. Videant ergo Simonius & Batavi, quando ex Cai- l. ex Pe- phæ vaticinio, quod reſpectu ipſius fortuitum, aut per ignorantiam zelio ε) am editum utique fuit; de Prophetarum veri nominis & officii va- Schröder. ticiis, velut fortuitis aut per ignorantiam editis, iudicium petunt; γ) l. c. p. 25 ne ab aſina Bileami, eâdem impietate atque abſurditate, normam δ) Hodo- aut legem Prophetiarum virorum Dei petant; ipſi potius animan- ſoph. p. 66. tibus brutis comparandi, aut ab ipſis redarguendi. ε) Juxta

§. XXV. Quæ autem, Pſalmis XLI. LXIX. & CIX. leguntur, II. Petr. quæque Batavi illi à Davide de ſe ſuisq; hoſtibus dicta putant, nihil II. v. 15. 16. cogitante de prophetia, attamen continentia prædictiones rerum Meſſiæ ejusq; inimicis eventurarum, quæ in N. T. de Juda proditore explicentur, nec tamen vel Chriſto vel typo ejus Davidi poſſint tribui, quippe plena horrendis imprecationibus, legi Moſis pariter ac Evan- gelio adverſa: eſſi majorem habeant ſpeciem, reverà tamen nihilo plus in præſenti negotio probant. Niſi enim errâſſe dicamus A- poſtolos N. T. Johannem & Petrum, qui, quod Judæ accidit, complementum eſſe dicunt ζ) Scripturæ prædicentis; fatendum erit, ζ) Job. Davidem Spiritu Prophetico prævidiſſe, quod prædixerat: prout XIII. 18. de incarnatione & reſurrectione Chriſti εἰδὼς ἡμεῖς πρὸς ἡμᾶς, præ- Act. I. 16. ſcius locutus fuiſſe dicitur η). Quæ autem Batavi afferunt, ſcopæ ε) 20. ſunt diſſolutæ: Imò ſeſe mutuò deſtruunt. Jam enim docent, η) Act. II. Davidem iſta de ſe ſuisq; hoſtibus dixiſſe; ne cogantur fateri, cogi- 30. 31. taſſe illum de Prophetia: jam autem negant, poſſe hæc tribui Da- di, quia ſint imprecationes horrende, legi & Evangelio adverſe. Quid eſt contradicere, ſibi, ſi hoc non eſt? Quod ſi, juxta Scripturas ipſas pariter, & communem veterum ac noſtratium ſententiam, di- catur, Davidem in perſona Meſſiæ iſta denuntiaſſe proditori, per revelationem cognito, cognitâq; ſceleris vindicta futurâ, res cla- ra & cohærens & Scripturæ Θεωπνεύω congrua erit. Sed illi qui- dem malunt μετῴρωσιν ἢ ἐπιβίβωσιν; quàm intra viam tri- tam, ac regiam perſiſtere.

§. XXVI.



§. XXVI. De Allegationibus autem dictorum V. T. in Novo, quæ hîc prolixius dici poterant, fortasse non difficulter petere licebit ex Disp. peculiari B. Andr. Kesleri. & Ac nostro instituto id præcipuè servit, quod de Sensu, quo dicta V. T. in N. allegantur, differunt; videlicet, quòd inconfesso quidem sit, non uno & eodem modo dicta V. T. in N. allegari; (quod & novem observationibus distinctè ostendit): attamen non idèò temerè ad accommodationes typicas sit transfiliendum, ubi nulla firma apparet ratio, probans sensum literalem alium esse, quàm quò dictum in N. T. allegatur. Sic nimirum & nos dicimus, quando dicta Prophetarum veterum in N. T. allegantur tanquam vaticinia; non esse, cur illa præter mentem & sensum Prophetarum, ad ea, quæ evenerunt, trahi ab allegantibus dicamus aut fortuitarum Prophetiarum censu habeamus: qui potius Deum per os Prophetarum locutum fuisse agnoscere debemus, ita, ut mentem horum illuminatam fuisse cogitemus, tanquam virorum divinorum, intimâ admissione ad Deum & commerciis cum eo gaudentium: qui & futura plerumq; sic protulerunt, & enunciarunt; quasi jam peracta. Visiones enim Divino Spiritu offerebantur oculis eorum, & videbant illa in conspectu suo quasi fieri, ac terminari: ut cum Lactantio ß hîc loquamur.

α) Syll. Dispp. Hacksp. sub fin.

β) L VII. Divin. Inst. de Div. prem. c. XXIV. p. m. 599.

γ) L IV. Dial. cap. XLVIII.


δ) §. XVII.


ε) Herm. S. p. 419.

§. XXVII. Quâ ratione etiam Postremò & velut πορομαρτωλός affirmamus; quod questione quarta proponebatur: Prophetas certò & fide Divina absq; formidine oppositi cognovisse, quæ revelata acceperant, divinitus inspirata sibi fuisse. Rectè jam olim Gregorius Magnus γ: Sancti viri, scripsit, inter illusiones atq; revelationes ipsas visionum, voces aut imagines, quodam intimo sapore discernunt, ut sciant, vel quid à bono Spiritu percipiant; vel quid ab illusore patiantur. Atq; hoc est, quod supra δ ex B. Museo adduximus, de illuminatione divina, quæ fecerit, ut somnia ac visiones non essent somnia aut visiones nudæ, sed Propheticæ. Hæc, inquam, operatio divina in mentibus Prophetarum & seipsam pariter, & mentes illorum ad assensum firmum ac divinum determinavit. Hinc subin illud verbû Domini, verbum Domini, ingeminarunt, scientes à quo didicerunt: dicimus & cocludimus cum B. Dannhauero ε: quando & temporis & chartæ defectus finem nobis imponunt, ac plura dictis adjicere non patiuntur, Deo autem, Prophetarum Præsidi & Magistro, debitas agimus gratias: in cœtu Prophetarum & sanctorum posthac acturi æternas.









B.I.G.

Farbkarte #13

26

נאליים
DE

CINIIS PER RANTIAM,

ET
TIIS FORTUITIS,
am Scripturæ sacræ au-
toritatem,
SSERTATIO,

Quam
sub PRÆSIDIO
ANNIS GVILIELMI
BAJERI,
olog. D. Profess. Publ.

placidæ τῶν Θεολογῶν ἐξεῆσις
oaterio Theologico

Mensis Octobris 1691. Oct. 1691

exponet
AUCTOR
EINRICUS à LETTOVV.
N. T. Pom.

J Æ N Æ,
eris GOLNERIANIS.

